ΓΡΗΓΟΡ. Τοῦτο, Πέτρε, ὅπερ ἐγὼ προεθέμην, συντόμως (*f*) δύναται ἐπιγνῶναι. Καθὼς οὖν ἐπίστασαι, τῷ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς εἶπεν, Ἐν Γσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. Καὶ πάλιν· Πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. Καὶ πάλιν ὑπέσχετο αὐτῷ, λέγων· Εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. Ὅθεν λοιπὸν φανερὸν καθέστηκεν, ὅτι ὁ παντοδύναμος Θεὸς, διὰ τοῦ Ἰσαὰκ πληθῦναι τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ **183** προώρισε. (*g*) Γέγραπται δὲ, ὅτι Ἰσαὰκ ἠτήσατο τὸν κύριον περὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν στεῖραν, καὶ εἰσήκουσεν αὐτοῦ, καὶ ἔδωκεν αὐτῇ σύλληψιν τῇ Ῥεβέκκᾳ. Ἐὰν οὖν τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ διὰ τοῦ Ἰσαὰκ πληθῦναι προώρισε, διατί σύζυγον στεῖραν ἔλαβεν. Ἐντεῦθεν οὖν (*h*) φανερὸν ὑπάρχει, ὅτι ἡ προόρισις ταῖς εὐχαῖς πληροῦται, ἐν τῷ δι' εὐχῆς ὑπακουσθῆναι τὸν Ἰσαὰκ τεκνοποιῆσαι, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς πληθῦναι τὸ (*i*) σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ ἦν προορίσας.

Greg. Hoc quod ego, Petre, intuli, concite valet probari. Certe etenim nosti, quia ad Abraham Dominus dixit: *In Isaac vocabitur tibi semen* (*Genes.* XXI, 13). Cui etiam dixerat: *Patrem multarum gentium constitui te* (*Ibid.* XVII, 4). Cui rursum promisit, dicens: *Benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, et* (*l*) *sicut arenam quæ est in littore maris* (*Ibid.*, XXII, 17). Ex qua re aperte constat quia omnipotens Deus semen Abrahæ multiplicare per Isaac prædestinaverat, **184** et tamen scriptum est: *Deprecatus est Isaac Dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis, qui exaudivit eum, et dedit conceptum Rebeccæ* (*Genes.* XXV, 21). Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Isaac prædestinata fuit, cur conjugem sterilem accepit? Sed nimirum constat quia prædestinatio precibus impletur, quando is in quo Deus multiplicare semen Abrahæ prædestinaverat, oratione obtinuit (*m*) ut filios habere potuisset.

ΠΕΤΡ. Οὐδέν μοι τῆς ἀπιστίας καταλέλειπται· τὸ γὰρ μυστήριον ἡ πληροφορία ἐφανέρωσε.

Petr. Quia secretum ratio aperuit, nihil mihi dubietatis remansit.

ΓΡΗΓΟΡ. Θέλεις ἐκ τῶν τῆς Τουσκίας μερῶν σοι τὶ διηγήσομαι [*Forte leg.* διηγήσωμαι], ἵνα γνῷς τὸ ποταποὶ ἄνδρες ἐνι αὐτῇ ἐγένοντο, καὶ πόσον τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ τῇ γνώσει ἐπλησίαζον;

Greg. Vis tibi aliquid de Tusciæ partibus narrem, ut cognoscas quales in ea viri fuerint, et omnipotentis Dei notitiæ quantum propinqui?

(*a*) Ita Mss., ubi Editi habent προεσήμαινεν.
(*b*) Mendose οὐκ pro οὖν in Ed. irrepsit.
(*c*) Colb., ἠδύναντο.
(*d*) Uterque, προορισθεῖσα.
(*e*) Iidem, εὐδόκησεν.
(*f*) Reg., δύνασθαι ἐριγνῶναι.
(*g*) Mss., γέγραπται γὰρ ὅτι. Colb. addit, σπέρμα, post κύριον.
(*h*) Reg. pro φανερὸν, habet δῆλόν ἐστιν ὅτι.
(*i*) Idem Cod., σπέρμα αὐτοῦ προώρισεν.
(*j*) Excusi, *vivam*. Sequimur unanimem Mss. consensum, et vers. Græcam in qua legitur, ποιῆσαι *facere*.
(*k*) Germ. et nonnulli, *obtinere*.
(*l*) Excusi, *sicut arenam maris*. Cætera omissa supplevimus ex Mss.
(*m*) Germ. et plur., *ut filium*.

τὸν πρεσβύτερον καλέσας, καὶ εὐχὴν ποιήσας, τὴν ἀποθήκην ἤνοιξε. Τὰ δὲ σκεύη ἐν οἷς ὁ ἐκπιεσθεὶς ὀλίγος οἶνος ἐβλήθη, δαψιλῶς τὸν οἶνον ἐκχύνοντα εὗρεν· ὥστε εἰ ἐδέησε τὸν ἐπίσκοπον ὀλίγον βραδύναι τοῦ εἰσελθεῖν, τὴν γῆν τῆς ἀποθήκης πᾶσαν ἐπὶ τοῦ ὑπερεκχεομένου οἴνου (a) σκεπασθῆναι. Τότε τῷ πρεσβυτέρῳ μετὰ αὐστηρότητος ἐκέλευσεν, ἵνα μηδενὶ τὸ θαῦμα τοῦτο ἐξείπῃ, ἕως οὗ ὁ ἐπίσκοπος ἐκ τῆς παρούσης ζωῆς μετέλθῃ, φοβούμενος μή πως ἐν τῇ γεγονυίᾳ δυνάμει τοῦ θαύματος, διὰ τοῦ τῶν ἀνθρώπων ἐπαίνου, βλάβην τινὰ ὑπομείνῃ· (b) πάνυ γὰρ τὰς πράξεις τὰς ἀγαθὰς ὁ τῶν ἀνθρώπων ἔπαινος παραβλάπτειν εἴωθεν· καὶ ἐν τούτῳ τῷ τοῦ διδασκάλου ὑποδείγματι ἐξακολουθῶν, ὅστις ἡμᾶς ἐν τῇ ταπεινῇ ὁδῷ τῆς ταπεινοφροσύνης ὁδηγῶν, τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐνετείλατο, λέγων, περὶ ὧν ἔθεώρουν σημείων, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν, ἕως οὗ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.

A liquorum infuderat, ubertim vinum fundentia invenit, ita ut pavimentum omne excrescentia vina invaderent, si adhuc episcopus tardius intrasset. Tunc terribiliter presbytero præcepit ne quousque ipse in corpore viveret, hoc miraculum cuiquam indicaret ; pertimescens videlicet ne in virtute facti favore humano pulsatus, inde intus inanesceret, unde foris hominibus magnus appareret : exemplum etiam Magistri sequens, qui ut nos ad viam humilitatis (g) instrueret, de semetipso discipulis præcepit, dicens ut ea quæ vidissent, (h) nemini dicerent, quousque Filius hominis a mortuis resurgeret (*Matth.* XVII, 9).

ΠΕΤΡ. Προφάσεως εὐκαίρου ἀναφανείσης, ἐπιζητῆσαι θέλω τί βούλεται εἶναι, ὅτι ὁ λυτρωτὴς ἡμῶν Θεὸς, ἐν ὅσῳ τοῖς δυσὶ τυφλοῖς τὸ φῶς ἐχαρίσατο, ἐκέλευσεν ὅπως μηδενὶ εἴπωσιν· ἐκεῖνοι δὲ ἀπελθόντες, διεφήμισαν αὐτὸν ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ ; μή τί γε ὁ μονογενὴς τοῦ πατρὸς Υἱὸς, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος συναΐδιος ἐν τούτῳ τῷ πράγματι θέλημα εἶχεν, ὅπερ οὐκ ἠδυνήθη πληρῶσαι· ὥστε τὸ θαῦμα, ὅπερ σιωπηθῆναι ἤθελε, μηδαμῶς (c) δυνηθῆναι ἀποκρυβῆναι.

B PETR. Quia occasio apta se præbuit, libet inquirere quidnam sit quod Redemptor noster cum duobus cæcis lumen reddidit, jussit ut nemini dicerent, et illi abeuntes diffamaverunt eum (i) in totam terram illam (*Matth.* IX, 27). Nunquidnam unigenitus Filius, Patri et sancto Spiritui coæternus, hac in re velle habuit, quod non potuit implere, ut miraculum quod taceri voluit, minime potuisset abscondi ?

ΓΡΗΓ. Ὁ λυτρωτὴς ἡμῶν Θεὸς, διὰ τοῦ θνητοῦ σώματος, ἕκαστον ὅπερ εἰργάσατο, ἡμῖν ὑπόδειγμα (d) πράξεως παρέσχετο· ἵνα καὶ ἡμεῖς δυνάμει σημείων ἐργαζόμενοι, τρόπῳ τοιούτῳ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ἐπακολουθοῦντες, ἀπροσκόπτῳ ποδὶ ἐν τοῖς τῆς παρούσης ζωῆς ἔργοις ὁδεύσωμεν, θαυμασίως νομοθετήσας, καὶ ἡσυχάζειν κελεύσας, καὶ μᾶλλον σιωπηθῆναι οὐκ ἠδυνήθη· ὥστε λοιπὸν καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς τοὺς τῷ ὑποδείγματι τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἀκολουθοῦντας, ἐν οἷς ἐργάζονται μεγίστοις θαύμασι, κρυβῆναι μὲν ταῦτα, πρόθεσιν ἔχειν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἕτεροι ὠφεληθῶσι, φανερὰ καθίστανται· τοῦτο δὲ καὶ ταπεινοφροσύνη μεγίστη ὑπάρχει, ὅτι τὰ ἔργα αὐτῶν κρυβῆναι θέλουσι, καὶ ὠφέλειαν μείζονα ἐν τῷ ταῦτα σιωπηθῆναι μὴ δύνασθαι· Οὐδαμῶς δέ τι ὁ κύριος γενέσθαι ἠθέλησεν ὅπερ ποιῆσαι οὐκ ἠδυνήθη· εἴ τι δὲ περὶ αὐτοῦ λέγεται θελῆσαι, καὶ μὴ θελῆσαι, σωματικῶς αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιδημοῦντος, εἰς ἡμετέραν διδασκαλίαν (e) ὑπόδειγμα δέδωκεν.

C GREGOR. Redemptor noster per mortale corpus omne quod egit, hoc nobis in exemplum actionis præbuit, ut pro nostrarum virium modulo ejus vestigia sequentes, inoffenso pede operis præsentis vitæ carpamus viam. Miraculum namque faciens, et taceri jussit, et tamen taceri non potuit ; ut videlicet et electi ejus exempla doctrinæ illius sequentes, in magnis quæ faciunt, latere quidem in voluntate habeant, sed ut prosint aliis, prodantur inviti ; quatenus et magnæ humilitatis sit quod sua opera taceri appetunt, (j) et magnæ utilitatis sit quod eorum opera taceri non possunt. Non ergo voluit Dominus quidquam fieri, et minime potuit ; sed quid velle ejus membra debeant, quidve de eis etiam nolentibus fiat, doctrinæ magisterio exemplum dedit.

ΠΕΤΡ. Ἀρέσκει ὃ λέγεις.

ΓΡΗΓ. Ἀκμὴν ὀλίγα τινὰ τῶν ἔργων Βονιφατίου τοῦ ἐπισκόπου, ἅπερ κατελείψαμεν, οὗτινος μνείαν ἐποιησάμεθα, διεξελθεῖν δίκαιον ἡγοῦμαι. Ἐν ἄλλῳ τοίνυν καιρῷ τοῦ μακαρίου (f) Προκούλου τοῦ μάρτυρος ἡ τῆς ἑορτῆς ἐπλησιαζεν ἡμέρα. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τόπῳ ἀνήρ τις εὐγενέστατος κατῴκει, Φορτουνᾶτας τοὔνομα· ὅστις τῷ σεβασμίῳ τούτῳ ἀνδρὶ πολλὴν ἱκεσίαν προσήγαγεν, ἵνα τὴν λειτουργίαν ἐπιτελοῦντος αὐτοῦ τῆς τοῦ μακαρίου μάρτυρος **187** ἑορτῆς, εὐλογίαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἐπικλίνῃ

PETR. Placet quod dicis.

GREGOR. Adhuc pauca aliqua quæ de Bonifacii episcopi opere supersunt, quia ejus memoriam fecimus, exsequamur. Alio namque tempore beati D Proculi martyris natalitius propinquabat dies, quo in loco vir nobilis Fortunatus nomine manebat : qui magnis precibus ab eodem venerabili viro postulavit ut cum apud beatum martyrem missarum solemnia ageret, **188** (k) ad benedictionem dandam in suam domum neclinaret. Vir autem Dei negare

(a) Colb., πιανθῆναι.
(b) Hanc periodum ac sententiam Zacharias addidit, cum in Latino textu nulla sint ejus vestigia. Significat autem : *Multum enim nocere consuevit bonis operibus, hominum laus.*
(c) Mss., ἠδυνήθη.
(d) Reg., εἰργάσατο ἵνα ἡμεῖς.
(e) Reg., ὑπόδειγμα γίγονεν. Colb., ὑποδείγματα δέδωκεν.
(f) Mss., Πρόκλου
(g) Secundus Theod., *introduceret.* Editi ante Guss., *duceret.*
(h) Germ. et Compend., *minime dicerent.* Paulo post tamen legitur : *jussit ut nemini dicerent.*
(i) Secundus Carnot., *in totam regionem.*
(j) Tertius Carnot. et primus Theod., *et magnæ ædificationis.*
(k) Compend., *ad benedicendum.*

ξατο μετ' ὀργῆς μεγάλῃ τῇ φωνῇ κράζειν καὶ λέγειν· Πάντας ἐνταῦθα ἔνι ζῆσαι, μόνος δὲ ἐγὼ ἐν τῷ οἴκῳ τούτῳ ζῆσαι οὐ δύναμαι. Εἰς τὰς φωνὰς δὲ αὐτοῦ ὁ ἐπίσκοπος, καὶ πάντες ὅσοι ἦσαν ἐν τῷ ἐπισκοπίῳ παρεγένοντο. Καὶ θέλων αὐτὸν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ καταπραΰναι, ἤρξατο λόγοις κολακευτικοῖς παραινεῖν αὐτόν. Ἐκεῖνος δὲ μετὰ ὕβρεως ἀπεκρίθη λέγων· Πάντες μετὰ σου ζῶσι, μόνος ἐγὼ ἔμπροσθέν σου ζῆσαι οὐ δύναμαι, **190** ἀπόδος μοι τὸ λογάριν μου. Κινηθεὶς δὲ ὁ ἐπίσκοπος ταῖς τούτου φωναῖς, ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας εἰσελθών, (*a*) τὸ φελόνιον αὐτοῦ φορῶν, καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας (*b*) ἤρξατο εὔχεσθαι, ὅπως αὐτῷ ὁ Θεὸς χορηγήσῃ, ὅθεν τῷ πρεσβυτέρῳ δυνηθῇ ἀποδοῦναι ἅπερ αὐτῷ ἐπεζήτει, καὶ τὸν θυμὸν καταπαῦσαι. Εὐχομένου δὲ αὐτοῦ, καὶ τὰς χεῖρας ὑποκάτω τοῦ φελονίου ὑψωμένας ἔχοντος, τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέψας, ἄφνω ἐν μέσῳ τῶν δύο αὐτοῦ χειρῶν ἐν τῷ (*c*) ἐπενδύτῃ δώδεκα νομίσματα εὗρεν, οὕτως ἀπόστραπτοντα, ὡς ὅτι ἐν αὐτῇ (*d*) τῇ ὥρᾳ ἐκ τοῦ πυρὸς ἦσαν ἐξελθόντα. Παρευθὺς οὖν ἐν τῆς ἐκκλησίας ἐξελθών, εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ τοῦ θυμωθέντος πρεσβυτέρου ἔῤῥιψε, λέγων· Ἰδοὺ ἔχεις τὸ λογάριν, ὅπερ ἐζήτησας, τοῦτο δὲ σοι γνωστὸν ἔστω, ὅτι μετὰ θάνατόν μου, ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος σὺ οὐ μὴ γενήσῃ διὰ τὴν κνηπίαν σου. Τοῦτο δὲ ἀληθὲς ὑπῆρχεν, ὅτι ὁ πρεσβύτερος διὰ τὸ ἐπιτυχεῖν τῆς ἐπισκοπῆς τὸ λογάριν ἡτοίμαζεν. Ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ οὐ διήμαρτεν· (*e*) ἐν τῷ τοῦ πρεσβυτέρου γὰρ τάγματι ὤν, τὸ τῆς παρούσης ζωῆς τέλος ἐδέξατο.

A hic vivunt, solus ego in domo hac vivere non possum. Ad cujus nimirum voces venit episcopus, omnesque qui in eodem episcopio aderant. Cumque eum locutione blanda vir Dei temperare voluisset, cœpit ille cum jurgio respondere, dicens : Omnes tecum vivunt, solus ego hic ante te vivere non possum : **189** redde mihi (*j*) solidos meos. Quibus vocibus commotus episcopus, beatæ Mariæ semper virginis Ecclesiam ingressus est, et elevatis manibus extenso vestimento, stando cœpit exorare, ut ei redderet unde presbyteri furentis insaniam mitigare potuisset. Cumque subito oculos ad vestimentum suum inter extensa brachia reduxisset, repente in sinu suo duodecim aureos invenit ita fulgentes, tanquam si ex igne producti eadem hora fuissent. B Qui mox de Ecclesia egressus, eos in sinum furentis presbyteri projecit, dicens : Ecce habes solidos quos quæsisti ; sed hoc tibi notum sit, quia post mortem meam tu hujus Ecclesiæ episcopus non eris propter avaritiam tuam. Ex qua sententiæ veritate colligitur quia, eosdem solidos presbyter pro adipiscendo episcopatu parabat. Sed viri Dei sermo prævaluit, nam idem Constantius in presbyteratus officio vitam finivit.

Ἐν ἄλλῳ τοίνυν καιρῷ δύο τινὲς Γότθοι, ἐν Ῥαβέννῃ φάσκοντες ἀπέρχεσθαι, παρὰ τῷ ἁγίῳ τούτῳ ἀνδρὶ εἰς μονὴν ὑπεδέχθησαν. Προπέμπων δὲ αὐτοὺς, μικρὸν σκεῦος ξύλινον οἴνου γεμίσας, τῇ οἰκείᾳ χειρὶ τούτοις ἐπιδέδωκεν· ὅπερ ἐν τῇ ὁδῷ ἀριστώντων αὐτῶν ἴσως ἀρκέσαι αὐτοῖς ἠδύνατο. Ἕως οὖ δὲ ἐν Ῥαβέννῃ εἰσῆλθον, διαψιλῶς (*f*) ἐξ αὐτοῦ πίνοντες, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει δὲ ὀλίγας ἡμέρας διατρίψαντες, ὁ παρὰ τοῦ ἁγίου τούτου ἀνδρὸς δοθεὶς αὐτοῖς οἶνος ἐν τῷ (*g*) σεμνοτάτῳ σκεύει, οὐ διέλειψεν· ἀλλὰ καὶ ὑποστρέψαντες πρὸς αὐτὸν, ἤγαγον ἐκ τοῦ αὐτοῦ οἴνου, καθ' ἡμέραν εἰς νόρον πίνοντες, καὶ μηδέποτε ἐν τῷ αὐτῷ σκεύει ἐπιβαλόντες· (*h*) ἀλλ' ὡς ἵνα ἔβρυεν, οὕτω διήρκεσε.

Alio quoque tempore duo ad eum Gothi hospitalitatis gratia venerunt, qui Ravennam se festinare professi sunt. Quibus ipse parvum vas ligneum vino plenum manu sua præbuit, quod fortasse in prandio itineris habere potuissent : ex quo illi quoadusque Ravennam pervenirent, (*k*) biberunt Gothi. Aliquantis autem diebus in eadem civitate morati sunt, et vinum quod a sancto viro acceperant, quotidie in usu habuerunt. Sicque usque ad eumdem venerabilem Patrem (*l*) Ferentis reversi sunt, ut nullo die cessarent bibere, et tamen vinum eis ex illo vasculo nunquam deesset, ac si in illo vase ligneo quod Episcopus dederat, vinum non augeretur, sed nasceretur.

Γέρων τις κληρικὸς, ἀρτίως ἐκ τῶν μερῶν ἐκείνων ἐνταῦθα κατέλαβεν, ὅστις περὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου ἀνδρὸς Βονιφατίου ταῦτα (*i*) διηγεῖται, ἅπερ σιωπηθῆναι οὐχ

Nuper quoque de ejusdem loci partibus senex quidam clericus advenit, qui ea de illo narrat, quæ silentio non sunt premenda. Nam dicit quod quadam

(*a*) Φελόνιον proprie accipitur pro veste sacra maxime ad episcoporum et presbyterorum usum. Vide Germanum patriarcham CP., in Mystagog. Et emin. card. Bona, Rerum Liturg. l. I, c. 24, num. 8. Quandoque tamen φελόνιον est vestimentum commune idem significans quod Latine *penula* ; quo nomine in scriptoribus nostro Gregorio coævis non raro intelligitur vestis etiam vilioris genus. Greg. Tur., l. de Vit. vet. Patr., c, 4, *ita susciperet penulam pauperis, ac si veneraretur togam militis.*

(*b*) Colb., Εἰς τὸν οὐρανὸν ἦρξατο.

(*c*) Colb., ἐπενδύματι.

(*d*) Idem, τῇ ἡμέρᾳ.

(*e*) Mss., ὁ γὰρ αὐτὸς Κωνστάντιος ἐν τῷ τοῦ.

(*f*) Iidem Cod., ἐξ αὐτοῦ ἔπινον.

(*g*) Reg., μικροτάτῳ.

(*h*) Reg., ἀλλὰ ἀεννάως βλυστάνων οὕτως διήρκεσεν.

(*i*) Colb , διηγήσατο.

(*j*) Intelligit *aureos* de quibus supra. De solido aureo Cassiod. l. I Var., epist. 10 : *Sex millia denariorum solidum esse voluerunt* (veteres) *scilicet ut radiantis metalli formata rotunditas ætatem mundi quasi sol aureus convenienter includeret.* Vide Cang. in Gloss. et notas in Epist. ubi de solido sæpe loquendi occasio.

(*k*) Editi, *biberunt. Gothi autem aliquantis*, mutata Codicum mss. interpunctione. In duob. Aud., Bigot. et Pratell., pro *biberunt*, legitur *biberent*.

(*l*) Sex mss. Norm., *ferentes*, quibus accenseri potest Val. Cl., ubi legitur, *deferentes*. Plerique Editi Norm. mss. consentiunt. Plurimæ sunt urbes in Italia quæ *Ferentum*, *Ferentia*, *Ferentanum*, *Ferentinum* dicuntur, sive in Apulia, sive in Latio, sive in Etruria. Porro ea de qua hic agitur *Ferentia*, est in Etruria, olim episcopalis, cui Viterbium, quinque tantum mill. distans, in sede episcopali successit. De urbe Tusciæ sive Etruriæ loqui Gregorium ex his verbis, quæ caput octavum claudunt manifestum est : *Vis tibi aliquid de Tusciæ partibus narrem*, etc.

die ingressus hortum, magna hunc (*a*) erucæ multitudine invenit esse coopertum : qui omne olus deperire conspiciens, ad easdem erucas conversus, dixit : Adjuro vos in nomine Domini Dei nostri Jesu Christi, recedite hinc, atque hæc olera comedere nolite. Quæ statim ad viri Dei verbum ita omnes egressæ sunt, ut ne una quidem intra spatium horti remaneret. Sed quid mirum quod hæc de episcopatus ejus tempore narramus, quando jam apud omnipotentem Deum ordine simul et moribus creverat, dum illa magis miranda sint quæ eum hic senex clericus adhuc puerulum fecisse testatur? Nam ait quod eo tempore quo cum matre sua puer habitabat, egressus hospitium, nonnunquam sine linea, crebro etiam sine tunica revertebatur, **192** quia mox ut nudum quempiam reperisset, (*b*) vestiebat hunc, se expolians, ut se ante Dei oculos (*c*) illius mercede vestiret. Quem mater sua frequenter increpare consueverat, dicens quod justum non esset ut ipse inops pauperibus vestimenta largiretur. Quæ die quadam horreum ingressa, pene omne triticum quod sibi in stipendio totius anni paraverat, invenit a filio suo pauperibus expensum. Cumque semetipsam alapis pugnisque tunderet, quod quasi anni subsidia perdidisset, supervenit Bonifacius puer Dei, eamque verbis quibus valuit consolari cœpit. Quæ cum nihil consolationis admitteret, hanc rogavit ut ab horreo exire debuisset, in quo ex omni eorum tritico parum quid inventum est remansisse. Puer autem Dei sese illic protinus in orationem dedit, qui post paululum egressus, ad horreum matrem reduxit, quod ita tritico plenum inventum est, sicut plenum ante non fuerat, cum mater illius totius anni sumptus se congregasse gaudebat. Quo viso miraculo compuncta mater, ipsa jam cœpit (*d*) agere ut daret, qui sic celeriter posset quæ petiisset accipere. Hæc itaque in hospitii sui vestibulo gallinas nutrire consueverat : sed eas (*e*) ex vicino rure vulpes veniens auferebat. Quadam vero die dum in eodem vestibulo puer Bonifacius staret, vulpes ex more venit, et gallinam abstulit. Ipse autem concitus Ecclesiam intravit, et se in orationem prosternens, apertis vocibus dixit : Placet tibi, Domine, ut de nutrimentis matris meæ manducare non possim? Ecce enim gallinas quas nutrit vulpes comedit. Qui ab oratione surgens, Ecclesiam est egressus. Mox autem vulpes rediit, gallinam quam ore tenebat dimisit, atque (*f*) ipsa moriens ante ejus oculos in terram cecidit.

A ἡγοῦμαι δίκαιον. Ἔλεγε γὰρ, ὅτι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὸν κῆπον, εὗρε πολὺ πλῆθος κάμπης, ὥστε ὅλον τὸν κῆπον σκεπασθῆναι, πᾶν δὲ λάχανον ἀπολλύμενον θιασάμενος, πρὸς τὴν αὐτὴν κάμπην ἐπιστραφεὶς, εἶπεν· Ὁρκίζω ὑμᾶς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, (*g*) ἀναχωρήσατε ἐντεῦθεν, καὶ τὸ λάχανον τοῦτο φαγεῖν μὴ τολμήσητε. Ἐν δὲ τῷ λόγῳ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ εὐθέως ἅπαν τὸ πλῆθος ἐκεῖνο ἐξῆλθεν, ὥστε μηδὲ ἕν ἔνδον τοῦ κήπου ἀπομεῖναι. Τί δὲ θαυμαστὸν, ὅτι ταῦτα ἅπερ ἐν τῷ τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ χρόνῳ πεποίηκε διηγούμεθα, (*h*) ὅτε χάριτι τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ, σὺν τῷ τῆς ἱερωσύνης τάγματι καὶ τοῖς θαύμασιν ἅμα ἐπηύξησεν; ἐκεῖνα δὲ θαυμασιώτερα μᾶλλον ὑπάρχουσιν, ἅπερ ἀκμὴν νηπίου αὐτοῦ ὄντος πεποιηκέναι αὐτὸν ἐμαρτύρει ὁ γέρων οὗτος

B ὁ κληρικός. Ἔλεγε γὰρ περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἔτι παρὰ τῇ μητρὶ ὢν, πάνυ νήπιος ὑπάρχων, ἐξερχόμενος ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, ποτὲ μὲν ἄνευ (*i*) ὑποκαμισίου, ποτὲ δὲ ἄνευ στιχαρίου **191** ὑπέστρεφεν. Ἡνίκα γὰρ γυμνόν τινα ἐθεάσατο, ἀποδυόμενος ἅπερ ἠμφίεστο, τοῦτον ἐνέδυε, μόνοις τοῖς τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ ὀφθαλμοῖς τοῦτο κατοπτεύεσθαι θέλων, παρ' οὗ καὶ τὸν μισθὸν ἤλπιζε. Συχνοτέρως δὲ παρὰ τῆς οἰκείας μητρὸς ἐπετιμᾶτο λεγούσης, μὴ εἶναι δίκαιον, αὐτὸν ἐνδεῆ ὑπάρχοντα, τοῖς πτωχοῖς ἐνδύματα δωρεῖσθαι. Ἐν μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ εἰς τὸ

C ὄρρεον εἰσελθοῦσα, σχεδὸν ὅλον τὸν σῖτον ὃν εἰς διοίκησιν τοῦ οἴκου αὐτῆς παντὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑτοιμάσασα ἦν, εὗρε παρὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τοῖς πτωχοις παραδοθέντα· Τοῦτο δὲ θεασαμένη ἤρξατο θρηνεῖν, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῆς τύπτειν, ὡς τοῦ ἐνιαυτοῦ παντὸς τὴν τροφὴν ἀπολέσασα. Ἐν τούτοις δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς Βονιφάτιος κατέλαβεν, ὅστις αὐτὴν λόγοις παραινετικοῖς καταπραύνειν ἤρξατο. Εἰς οὐδὲν δὲ τὴν αὐτοῦ παραίνεσιν ταύτης λογισαμένης, παρακαλεῖν αὐτὴν ἤρξατο, ὅπως ἐκ τοῦ ὄρρέου ἐξέλθῃ, ᾧ σῖτος ὀλίγος ἐναπομείνας ἦν. Ταύτης δὲ ἐξελθούσης, ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς ἑαυτὸν εἰς εὐχὴν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ὑπέστρωσεν, καὶ μετ' ὀλίγον ἐξελθὼν τὴν ἑαυτοῦ μητέρα εἰς τὸ ὄρρεον εἰσήγαγεν, ὅπερ παραχρῆμα γέμον σίτου εὑρέθη ὑπερεκπερισσοῦ τοῦ πρώην, οὗπερ ἡ μήτηρ αὐτοῦ σωρεύσασα ἦν, χαίρουσα εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ διοίκησιν· τοῦτο δὲ τὸ θαῦμα θεασαμένη, κατανυγεῖσα ἤρξατο λέγειν αὐτῷ διαδοῦναι ὅπου βούλεται, ἡνίκα οὕτω συντόμως δύναται λαβεῖν, ὅπερ παρὰ τοῦ Θεοῦ αἰτεῖται. Ἡ αὐτὴ τοίνυν ἐν τῷ τοῦ οἴκου αὐτῆς προαυλίῳ ἔθος εἶχεν (*j*) ὀρνίθια ἀνατρέφειν. Ἐκ δὲ προσπαρακειμένου ἀγροῦ ἀλώπηξ ἐρχομένη, ταῦτα ἐλάμβανεν. Ἐν μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ, ἐν ὅσῳ ἐν τῷ αὐτῷ προαυλίῳ ὁ παῖς Βονιφάτιος ἵστατο, ἡ ἀλώπηξ κατὰ τὸ ἔθος ἐλθοῦσα,

D

(*a*) Ita Mss. At in Editis, *erucarum*. In Codicibus tamen mss. postea legitur, *ad easdem erucas*.

(*b*) Editi, vel, *vestiebat, hic se exspolians* ; vel, *vestiebat, hoc* ; vel, *vestiebat nunc ;* contradicentibus mss. Angl. et nostris.

(*c*) Val. Cl. et longip., *illius obtentu mercedis*. Germ., Lyr. et secundus Aud., *illius obtentu mercede vest.* Compend., *illius operatione mercedis vest.*

(*d*) Gemet. ac Prat., *rogare ;* primus Aud., Big. et Lyr., *cogere.*

(*e*) Longip., *ex vicinitate.*

(*f*) Primus Aud. et Lyr., *ipsa hora moriens*. Secundus Aud., cum Gemet., *ipse moriens.*

(*g*) Reg., ἀναχωρῆσαι.

(*h*) Mss., χάριτι γὰρ τοῦ θεοῦ.

(*i*) Ὑποκαμίσιον subucula est seu camisa, Gallice *chemise*. *Interula* etiam dicitur, quasi vestis interior. Aliquando pro veste sacra intelligitur ; docetque Symeon Thessalon., de Sacris Ordinat., c. 2, idem esse ac *penula* seu φελονίον. Verum hic nonnisi pro communi profanaque veste accipi potest. Idem statuendum de voce στιχάριον quæ, etsi aliquando ecclesiasticam vestem, aut monachicam significet, eo tamen loci est strictioris tunicæ genus, etiam laicorum usui concessæ.

(*j*) Reg., ὄρνιθας... ταύτας ἐλάμβανεν.

ὀρνίθιον ἥρπασεν. Αὐτὸς δὲ συντόμως εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσελθὼν, καὶ ἑαυτὸν εἰς εὐχὴν ὑποστρώσας δεόμενος, ἔλεγεν· Ἀρέσκει σοι, κύριε, ἵνα ἐξ ὧν ἡ μήτηρ μου ἀνατρέφει ὀρνέων φαγεῖν μὴ δυνηθῶ· (*a*) ἅπαντα γὰρ ἡ ἀλώπηξ αὕτη κατέφαγεν (*b*) Ἀναστὰς οὖν ἐκ τῆς εὐχῆς, καὶ ἐξελθὼν ἐκ τῆς ἐκκλησίας, παραχρῆμα ἡ ἀλώπηξ ὑποστρέψασα, τὸ ὀρνίθιον ὅπερ ἐν τῷ στόματι κατεῖχεν, εἴασεν, αὐτὴ δὲ ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ πεσοῦσα ἀπέθανεν.

ΠΕΤΡ. Λίαν θαυμαστὸν ὑπάρχει, ὅτι ἐν πράγμασιν εὐτελεστάτοις ταῖς εὐχαῖς τῶν εἰς αὐτὸν ἐλπιζόντων ὑπακοῦσαι καταξιοῖ ὁ Θεός.

ΓΡΗΓΟΡ. Τοῦτο, Πέτρε, ἐκ μεγίστης (*c*) τοῦ κτιστοῦ ἡμῶν οἰκονομίας γίνεται, ἵνα διὰ τῶν μικρῶν ὧν λαμβάνομεν, καὶ περὶ τῶν μεγάλων ἐλπίζειν πιστεύωμεν. Εἰσηκούσθη τοίνυν ἐν πράγμασιν εὐτελεστάτοις ὁ ἄκακος καὶ ἅγιος παῖς οὗτος, ὅπως ἐν τοῖς μικροῖς μάθῃ πόσον ὀφείλει καὶ ἐν τοῖς μεγίστοις παρὰ τῷ Θεῷ αἰτήμασι κατατολμῆσαι.

ΠΕΤΡ. Ἀρέσκει ὅ λέγεις.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Περὶ Φορτουνάτου ἐπισκόπου (*d*) πόλεως Τουδέρεως.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ, Ἄλλος τοίνυν ἀνὴρ πάνυ εὐλαβοῦς πολιτείας, ἐν τοῖς αὐτοῖς τῆς Τουσκίας γέγονε μέρεσι, Φορτουνᾶτος ὀνόματι, τῆς Τουδέρεως δὲ ἐκκλησίας κατέστη ἐπίσκοπος· ὅστις παρὰ Θεοῦ χάριν εἰληφὼς, φυγαδευτὴς τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων ὑπῆρχεν ἐξαίσιος, ὥστε ἐνίοτε τὰς τῶν δαιμόνων λεγεῶνας ἐκ τῶν σωμάτων ἐν οἷς κατῴκουν διώκων, τὰς ἐπερχομένας αὐτῷ παρ' αὐτῶν πλείστας ἐπιβουλὰς, διὰ τῆς ἐπιμόνου καὶ καρτερικῆς εὐχῆς ὑπερέβαινεν. Τούτου τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς οἰκειότατος **194** ἐν ἀγάπῃ γέγονεν Ἰουλιανὸς ὁ τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας δεφένσωρ. Ὅστις οὐ πρὸ πολλοῦ καιροῦ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἐτελεύτησεν· ἣν δὲ λέγω διήγησιν ὑπ' αὐτοῦ μεμάθηκα. Οὗτος οὖν ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ πρὸς αὐτὸν ὑπάρχων, τὰ τῶν πράξεων αὐτοῦ ἀκριβῶς ἐπίστατο. Ὅστις τὴν τούτων γλυκύτητα εἰς ἡμέτερον στηριγμὸν, καθάπερ μέλιτος κηρίον διὰ τῆς μνήμης ἐν τῷ στόματι ἀεὶ περιέφερεν.

Ἔλεγε δὲ, ὅτι ματρῶνά τις εὐγενεστάτη ἐν (*e*) τοῖς γειτνιάζουσι τῆς Τουσκίας μέρεσιν, οὐ πρὸ πολλοῦ καιροῦ νύμφην εἰς τὸν υἱὸν αὐτῆς ἦν λαβοῦσα· ἥτις ἅμα τῇ ἑαυτῆς πενθερᾷ εἰς ἐγκαινισμὸν εὐκτηρίου τοῦ μακαρίου μάρτυρος Σεβαστιανοῦ ἦν κληθεῖσα. Τῇ δὲ νυκτὶ ἐκείνῃ ἤμελλεν ἡ τῶν ἐγκαινίων ἡμέρα τοῦ προλεχθέντος (*f*) εὐκτηρίου ἐπιφαίνειν, τῇ τῆς σαρκὸς ἡδονῇ νικηθεῖσα, ἐκ τοῦ ἑαυτῆς ἀνδρὸς ἐγκρατεύσασθαι οὐκ ἠδυνήθη. Ὡρωίας δὲ λοιπὸν γενομένης, μὴ εὐλαβηθεῖσα τὴν γενομένην τῆς σαρκὸς ἡδυπάθειαν, προελθεῖν (*g*) ἠρετίσατο, τὸ τῶν ἀν-

(*a*) Colb., ἀλόπηξ ταῦτα κατέφαγεν.

(*b*) Reg., ἀναστάντος οὖν αὐτοῦ ἐκ τῆς εὐχῆς καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξελθόντος παραχρῆμα.

(*c*) Colb., τοῦ ποιητοῦ.

(*d*) In eodem Cod. legitur simpliciter, ἐπισκόπου.

(*e*) Ita Ed. cum Reg. Ms. Colb. habet ἐν τοῖς γειτνιῶσι.

(*f*) Colb., εὐκτηρίου ἐπιφύειν τῇ..... ἡδονῇ κινηθεῖσα ἐκ.

(*g*) Uterque Mss., ἠρετίσατο.

(*h*) Addunt Excusi, *videtur*, vel, *mihi videtur*, invitis Mss.

(*i*) Tudertum nunc *Todi*, urbs episcopalis Umbriæ.

(*j*) Primus Theod. et Val. Cl., *spiritibus immundis*, Secundus Theod. et Longip., *spiritibus malignis*.

(*k*) De defensoribus agitur sæpe in epistolis. Lege præsertim epist. olim 25, l. IV, nunc l. V, epist. 29, ind. 13, ubi quidquid ad eorum officium, institutionem, conditionemque spectat, exponitur.

A PETR. Valde mirum (*h*) quod exaudire preces in se sperantium etiam in rebus vilibus dignatur Deus.

GREGOR. Hoc, Petre, ex magna Conditoris nostri dispensatione agitur, ut per minima quæ percipimus, sperare majora debeamus ; exauditus namque est in rebus vilibus puer sanctus et simplex, ut in parvis disceret quantum de Deo præsumere in magnis petitionibus deberet.

PETR. Placet quod dicis.

CAPUT X.

De Fortunato (*i*) *Tudertinæ civitatis episcopo.*

GREGORIUS. Alius quoque vir vitæ venerabilis in eisdem partibus fuit Fortunatus nomine, Tudertinæ antistes Ecclesiæ (*Martyrol.*, 14 *Octob.*), qui in effugandis spiritibus (*j*) immensæ virtutis gratia pollebat, ita ut nonnunquam ab obsessis corporibus legiones dæmonum pelleret, et continuæ orationis studio intentus, objectas contra se eorum multitudines superaret. Hujus viri familiarissimus **193** fuit (*k*) Julianus nostræ Ecclesiæ defensor, qui ante non longum tempus in hac urbe defunctus est. Cujus ego quoque hoc didici relatione quod narro, quia sæpe gestis illius (*l*) ausu familiaritatis intererat, ejusque post memoriam ad instructionem nostram quasi favi dulcedinem in ore retinebat.

Matrona quædam nobilis in vicinis partibus Tusciæ nurum habebat, quæ intra breve tempus quo filium ejus acceperat, cum eadem socru sua ad dedicationem oratorii beati Sebastiani martyris fuerat invitata. Nocte vero eadem qua subsequente die ad dedicationem prædicti oratorii fuerat (*m*) processura, voluptate carnis devicta, a viro suo sese abstinere non potuit ; cumque mane facto conscientiam deterreret perpetrata (*n*) carnis delectatio, processionem vero imperaret verecundia, plus erubescens vultum hominum,

(*l*) Germ., Longip., Val. Cl., primus Carnot., Big. et secundus Theod., *usu*. Retinemus *ausu*, suadentibus aliis Mss. et vers. Græca.

(*m*) *Procedere*, apud Ambrosium, Gregorium, aliosque ecclesiasticos auctores, significat loca sacra adire, et religionis causa ad ea se conferre, aut etiam rem sacram facere. Gregorius, l. olim IV, epist. 39 : *Nunquam cum eo procedere præsumas.* Idem, l. olim XI, epist. 59, nunc 48 libri XIII, *hortandus est* (Januarius episcopus Calarit.) *ut quoties aliquam molestiam senserit, non procedat*, hoc est sacrificium non celebret, ut patet ex epistolæ contextu. Vide Ambr., serm. 17, et consule Menardum in notis ad sacrament., p. olim 177, et ad concordiam Reg., p. 746.

(*n*) Ex Hieronymo, in Apolog. ad Pammach., patet Romanos pro piaculo habuisse ecclesias adire post copulam etiam licitam : *Quare*, inquit, *ad martyres ire non audent ? Quare non ingrediuntur ecclesias ?* Hæc mulier, haud dubie sacram Eucharistiam per-

quam Dei judicium metuens, cum socru sua (*a*) ad dedicationem oratorii processit. Mox vero ut reliquiæ beati Sebastiani martyris oratorium ingressæ sunt, eamdem prædictæ matronæ nurum malignus spiritus arripuit, et coram omni populo vexare cœpit. Ejusdem vero oratorii presbyter dum eam vehementissime vexari conspiceret, ex altari protinus sindonem tulit, eamque operuit; sed hunc simul repente diabolus invasit. Et quia ultra vires voluit quidquam præsumere, compulsus est cognoscere in sua vexatione quid esset. Hi vero qui aderant, puellam in manibus ex oratorio sublatam ad domum propriam deportaverunt. Cumque hanc antiquus hostis vexatione continua vehementer attereret, propinqui sui eam carnaliter amantes, et amando persequentes, ad obtinendum salutis remedium maleficis tradiderunt; ut ejus animam funditus exstinguerent, cujus carni magicis artibus ad tempus prodesse conarentur. Ducta est itaque ad fluvium, atque in aquam mersa; ibique diutius incantationibus agere malefici moliebantur, ut is qui eam invaserat diabolus exiret. Sed miro omnipotentis Dei judicio, dum arte perversa unus ab ea repellitur, in eam subito legio intravit. Cœpit ex hoc illa tot motibus agitari, tot vocibus clamoribusque perstrepere, quot spiritibus tenebatur. Tunc inito consilio parentes ejus suæ perfidiæ culpam fatentes, hanc ad venerabilem virum Fortunatum episcopum duxerunt, eique reliquerunt. Qua ille suscepta, multis se diebus ac noctibus in oratione dedit; tantoque annisu precibus incubuit, quanto et in uno corpore contra se assistere legionis aciem invenit. (*b*) Cum non post multos dies ita sanam atque incolumem reddidit, ac si in ea jus proprium diabolus nunquam habuisset.

A θρώπων μᾶλλον πρόσωπον ἐρυθριῶσα, ἢ τὴν τοῦ Θεον κρίσιν φοβηθεῖσα, ὅθεν μετὰ τῆς ἑαυτῆς πενθερᾶς εἰς τὸ ἐγκαινισμὸν τοῦ εὐκτηρίου προῆλθεν. Ἡνίκα δὲ τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σεβαστιανοῦ ἐν τῷ εὐκτηρίῳ εἰσῆλθον, τὴν προλεχθεῖσαν τῆς ματρώνης νύμφην, πνεῦμα πονηρὸν κρατῆσαν, ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ δαιμονισθῆναι πεποίηκεν. Ὁ δὲ τοῦ εὐκτηρίου πρεσβύτερος, σφοδρῶς ταύτην δαιμονιζομένην θεασάμενος, ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου τὴν σινδόνα λαβών, ταύτην ἐσκέπασε. Παραυτὰ δὲ καὶ εἰς αὐτὸν ὁ διάβολος εἰσῆλθε, διὰ τὸ ὑπὲρ (*c*) δύναμιν τοῦτόν τι ἀποτολμῆσαι· ἵνα ἐν τῇ ἑαυτοῦ ὀχλήσει συνωθούμενος, γνῷ τί ἐστιν ὁ πέπονθεν. Οἱ δὲ ἐκεῖσε εὑρεθέντες, τὴν κόρην ἐν ταῖς χερσὶν ἐκ τοῦ εὐκτηρίου ἄραντες, εἰς τὸν ἴδιον οἶκον ἀπήγαγον. Ἐν ὅσῳ δὲ ταύτην ὁ ἀρχέκακος ἐχθρὸς σφοδροτάτῃ βίᾳ ὀχλῶν συνέτριβεν, οἱ πλησίον αὐτῆς σωματικῶς αὐτὴν ἀγαπῶντες, καὶ B σπεύδοντες διὰ τῆς θεραπείας σωτηρίας αὐτὴν τυχεῖν, φαρμακοὺς αὐτῇ προσήγαγον, ὅπως, τὸ σῶμα ταῖς μαγικαῖς τέχναις πρὸς καιρὸν ἐπιμελήσασθαι θέλοντες, τὴν ψυχὴν ἐκ βάθρων σβέσωσιν. Ἀπηνέχθη τοιγαροῦν εἰς ποταμὸν, καὶ ἐν τῷ ὕδατι βληθεῖσα, πολλαῖς ἐπιλαλιαῖς οἱ φαρμακοὶ χρησάμενοι, ἐβούλοντο ὅτι ὁ ἐπιβὰς αὐτῇ διάβολος ἐξελεύσεται. Ἀλλὰ θαυμαστὴ τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ ἡ κρίσις γέγονεν. Ἐν ὅσῳ γὰρ διὰ τῆς ἐξεστραμμένης τέχνης ὁ εἷς δαίμων ἀπ' αὐτῆς διωχθῆναι προσεδοκᾶτο, ἄφνω εἰς αὐτὴν (*d*) λεγεὼν εἰσῆλθεν. Ἤρξατο οὖν ἡ κόρη τοσαύτῃ δονήσει τοῦ σώματος συντρίβεσθαι, καὶ τοσαύταις ὑλακτεῖν φωναῖς, ὥστε πᾶσι φανερὸν γενέσθαι, ὑπὸ πλήθους δαιμόνων αὐτὴν βασανίζεσθαι. Τότε οἱ ταύτης γονεῖς βουλὴν ἀγαθὴν βουλευσάμενοι, καὶ τὸ αἴτιον τῇ ἑαυτῶν ἀπιστίᾳ ἐπιγράψαντες, C ταύτην πρὸς τὸν εὐλαβέστατον ἄνδρα Φορτουνᾶτον τὸν ἐπίσκοπον ἀπήγαγον, (*e*) δεόμενοι αὐτοῦ βοηθῆσαι τῇ χειμαζομένῃ, παρ' αὐτῷ δὲ ταύτην καταλείψαντες, ἀνεχώρησαν. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ταύτην δεξάμενος, καὶ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας καὶ νύκτας ἐν τῇ πρὸς Θεὸν δεήσει ἑαυτὸν δεδωκὼς, τοσαύτῃ ἐπιμονῇ ταῖς εὐχαῖς ἐχρήσατο, ὅσον τὴν τῆς λεγεῶνος πληθὺν τὴν ἐν τῷ ἐνὶ σώματι οὖσαν, ἀνθισταμένην αὐτῷ εὗρεν. Οὐ μετὰ πολλὰς δὲ ἡμέρας οὗτος αὐτὴν ὑγιῆ καὶ ἐρρωμένην τοῖς γονεῦσιν ἀπέδωκεν, ὡς ὅτε οὐδέποτε ἐν αὐτῇ ὁ διάβολος ἐξουσίαν ἔσχεν.

196 Alio quoque tempore idem vir omnipotentis Dei famulus ex obsesso quodam homine immundum spiritum excussit. Qui malignus spiritus cum vesperascente jam die secretam ab hominibus horam cernerct, peregrinum quempiam esse se simulans, circuire cœpit civitatis plateas et clamare : O virum sanctum Fortunatum episcopum ! ecce quid fecit ? peregrinum hominem de hospitio suo expulit. Quæro ubi requiescere debeam, et in civitate ejus non invenio. Tunc quidam in hospitio cum uxore sua et parvulo filio ad prunas sedebat, qui vocem ejus audiens, et quid episcopus ei fecerit requirens, hunc invitavit hospitio, sedere secum juxta prunas fecit. Cumque vicissim aliqua confabularentur, parvulum ejus filium idem malignus spiritus invasit, atque in easdem pru-

195 Ἐν ἄλλῳ τοίνυν καιρῷ, ὁ σεβάσμιος οὗτος ἀνὴρ ὁ (*f*) ἀληθινὸς τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ δοῦλος, ἄνθρωπόν τινα ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου κρατούμενον, διὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ εὐχῆς ἠλευθέρωσεν. Τὸ δὲ ἐξελθὸν πονηρὸν πνεῦμα, πρὸς ἑσπέραν ἤδη λοιπὸν τῆς ἡμέρας κλινούσης, καὶ τῆς νυκτὸς ἐπελθούσης, πάντων ἐν ἡσυχίᾳ ὄντων, ξένον τινὰ ἑαυτὸν προσποιησάμενον, τὰς τῆς πόλεως πλατείας γυρεύειν ἤρξατο, κράζων καὶ λέγων. Ὦ τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς Φορτουνάτου τοῦ ἐπισκόπου· τί πεποίηκεν; ἰδοὺ γὰρ ξένον ἄνθρωπον ἐκ τοῦ κελλίου αὐτοῦ ἐξέβαλε. Ζητῶ (*g*) που ὤφελον ἀναπαῆναι [*Forte leg.* ἀναπαυσθῆναι] καὶ ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ τόπον οὐχ εὑρίσκω. Ταύτης δὲ φωνῆς ἀνήρ τις ἀκούσας, ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ἅμα τῆς ἑαυτοῦ συμβίου καὶ σεμνοῦ παιδίου παρὰ τῇ πυρᾷ καθεζόμενος, τοῦτον καλέσας, καὶ ἐπιζητήσας τί αὐτοῦ

D

cepit, quod conjugibus post opus carnale legibus ecclesiasticis est interdictum. Lege Can. 21, *Omnis homo* de consecratione. dist. 2, et Mabill., in notis ad epist. Vaselini abbatis, t. I. Annal., p. 346.

(*a*) Norm., primus Carnot. et duo Theod., *ad dedicandam oratorium*.

(*b*) Ita legere cogunt Mss. Excusi mutaverunt *cum* in *quam*.

(*c*) Mss., δύναμίν τι ἀποτολμᾷν ποιῆσαι.

(*d*) Iidem, λεγαιών.

(*e*) Reg., δεόμενοι καὶ παρακαλοῦντες αὐτὸν βοηθῆσαι... ὑπεχάρησαν.

(*f*) Reg., ὁ ἀληθῶς τοῦ.

(*g*) Mss., που ὀφείλω.

ὁ ἐπίσκοπος πεποίηκεν, εν τῷ αὐτῷ οἴκῳ τοῦτον εἰσήγαγε, καὶ πλησίον ἑαυτοῦ (a) παρὰ τῇ πυρᾷ καθίσαι αὐτὸν πεποίηκε. Κσθεζομένων δὲ αὐτῶν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ὁμιλούντων, τὸ αὐτὸ πονηρὸν πνεῦμα (b) ἐν τῷ αὐτοῦ σεμνῷ παιδίῳ εἰσελθὸν, ἐν τῇ πυρᾷ αὐτὸ ἔῤῥιψε, καὶ παραχρῆμα ἓν αὐτῷ τῷ πυρὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀποδοῦναι πεποίηκε. Τοῦτο οὖν ὁ ἐλεεινὸς ἐκεῖνος ὑπομείνας ἐπέγνω, τίνα ὁ ἐπίσκοπος ἐξήγαγε, καὶ τίνα οὗτος ὑπεδέξατο.

A nas projecit, ibique mox ejus animam excussit. Qui orbatus, miser, vel quem ipse susceperit, vel quem episcopus expulisset, agnovit.

ΠΕΤΡ. Τί οὖν τοῦτο λέγομεν ; πῶς τὴν τοῦ φονεῦσαι ἐξουσίαν ἐν τῷ οἴκῳ τούτου ὁ ἀρχέκακος ἐχθρὸς ἔλαβεν, ὅστις τοῦτον ξένον νομίζων ὑπάρχειν, ὑποδοχῆς χάριν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κελλίῳ προσελάβετο ;

Petr. Quidnam hoc esse dicimus, ut occidendi ausum in ejus hospitio antiquus hostis acciperet, qui hunc peregrinum æstimans, ad se hospitalitatis gratia vocasset ?

ΓΡΗΓΟΡ. Πόλλα, Πέτρε, θεωροῦνται νομιζόμενα καλὰ εἶναι, ἀλλ' οὐκ εἰσὶ, διότι ἀγαθῇ (c) διαθέσει οὐ γίνονται. Ὅθεν καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἡ ἀψευδὴς τοῦ κυρίου λέγει φωνή. Ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου (d) πονηρός ἐστιν, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται. Ἐν ἑκάστῳ γὰρ πράγματι, ἐὰν μετὰ δολιότητος ἡ ἀρχὴ γένηται, πᾶν τὸ ἐπακολουθοῦν ἔργον σκολιὸν εὑρίσκεται. κἂν εἰ ὀρθὸν εἶναι νομίζοιτο. Ἐγὼ οὖν τοῦτον τὸν ἄνδρα, ον ξενοδοχίαν ποιῆσαι θελήσαντα, τυφλώσει περίπεσόντα ἀκήκοα, οὐχὶ ἕνεκεν εὐσπλαγχνίας τοῦτο ποιῆσαι αὐτὸν ὑπολαμβάνω, ἀλλὰ τὸν ἐπίσκοπον μεμφόμενος. Ἡ γὰρ ὑπακολουθήσασα κρίσις φανερὸν τοῦτο πεποίηκεν, ὅτι ἡ γενομένη ὑποδοχὴ ἄνευ πταίσματος οὐκ ἦν. Εἰσὶ τοιγαροῦν οὐκ ὀλίγοι, οἵτινες ἔργον ἀγαθὸν ποιῆσαι ἐπιτηδεύουσιν, ἵνα τὴν τοῦ ἀλλοτρίου ἔργου ἀρετὴν συσκιάσωσιν· οὐδὲ γὰρ ἕνεκα μισθαποδοσίας τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν προαιροῦνται, ἀλλ' ἐπαινεῖσθαι θέλοντες, καὶ ἵνα τὰ τῶν ἄλλων καλὰ ἀνατρέψωσιν. Ὅθεν ὑπολαμβάνω καὶ τοῦτον τὸν ἀνδρα τὸ πονηρὸν πνεῦμα ὑποδοχῆς χάριν δεξάμενον, τῇ ἐπιδείξει μᾶλλον, ἢ συμπαθείας ἕνεκεν τοῦτο ποιήσαντα· ὥστε κρειττότερον αὐτὸν ἓν τούτῳ τοῦ ἐπισκόπου φανῆναι, ὅτι ὃν ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ Φορτουνᾶτος ἐξήγαγεν, (e) αὐτὸς ὑποδέξασθαι ἔσπευσεν.

Petr. Multa, Petre, videntur bona, sed non sunt, quia bono animo non fiunt. Unde et in Evangelio Veritas dicit : *Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit* (*Matth.* VI, 25). Quia cum perversa est intentio quæ præcedit, pravum est omne opus quod sequitur, quamvis esse rectum videatur. Ego namque hunc virum, qui dum quasi hospitalitatem exhiberet orbatus est, non pietatis opere delectatum æstimo, sed spiscopi derogatione; nam pœna subsequens innotuit, quia præcedens illa susceptio sine culpa non fuit. Sunt namque nonnulli. qui idcirco bona facere student, ut gratiam alienæ operationis obnubilent ; nec pascuntur bono quod faciunt, sed laude boni qua (j) cæteros premunt, Qua de re existimo hunc virum qui malignum spiritum in hospitalitatem suscepit, ostentationi potius intendisse quam operi, ut meliora quam episcopus fecisse videretur; quatenus ipse susciperet eum, quem vir Domini Fortunatus expulisset.

ΓΕΤΡ. (f) Καθάπερ εἴρηκας, οὕτως ἐστί· τὸ τέλος γὰρ τοῦ ἔργου ἀπέδειξε, καὶ ἀμφιβολία ἐν τούτῳ οὐχ ὑπάρχει.

Petr. Ita est ut dicis; nam finis operis probabat, quod munda (k) intentio in operatione non fuerit.

ΓΡΗΓ. Ἐν ἄλλῳ τοίνυν καιρῷ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν φῶς τις (g) ἀποβαλὼν, πρὸς τὸν ἅγιον τοῦτον ἄνδρα ἀπηνέχθη, δεήσεις αὐτῷ προσάγων τοῦ βοηθείας παρ' αὐτοῦ (h) ἐπιτεύξεσθαι, ὅπερ καὶ γέγονε. Τοῦ γὰρ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ εὐχὴν ποιήσαντος, καὶ τοῖς τούτου ὀφθαλμοῖς τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ ἐπιθέντος, παραχρῆμα τὸ φῶς ἀπέλαβε, τοῦ σκότους τῆς τυφλώσεως φυγαδευθέντος. (i) Στρατιώτου πάλιν τινὸς τὸν ἵππον λύσσα σφοδροτάτη κατεῖχεν, ὥστε τοῦτον μόλις ὑπὸ πολλῶν κρατηθῆναι δύνασθαι· εἰς οὓς γὰρ ἐπιβῆναι ἠδυνήθη τούτων τὰ μέλη τοῖς δήγμασι κατέπληττε. Ὅτε οὖν ὑπὸ πολλῶν κρατηθεὶς ἐδέθη, **198** πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον Φορτουνᾶτον ἀπηνέχθη. Ὅστις παρευθὺ τὴν ἑαυτοῦ ἐκτείνας χεῖρα, καὶ

Greg. Alio quoque tempore, cum oculorum quidam lumen amisisset, ad hunc deductus intercessionis ejus opem petiit, et impetravit. Nam cum vir Dei oratione facta oculis ejus (l) signum crucis imprimeret, ab eis, protinus luce reddita, nox cæcitatis abcessit. Præterea equus cujusdam militis in rabiem fuerat versus, ita ut a multis teneri vix posset : sed et quoscunque potuisset invadere, eorum membra morsibus dilaniaret. Tunc utcunque a multis ligatus **197** ad virum Dei deductus est. (m) Qui mox ejus capiti extensa manu signum crucis edidit, cunctam ejus rabiem in mansuetudinem mutavit, ita ut postea mitior existeret, quam ante illam insaniam fuisset.

(a) Reg. et Colb., παρὰ τὴν πυραν.

(b) In Reg., εἰς τὸ αὐτοῦ παιδὺν (forte, παιδίον) εἰσελθὸν.

(c) Reg , προαιρέσει.

(d) Uterque, σκοτεινὸς ἐστιν.

(e) Reg., αὐτὸς ὑπεδέξατο. Colb., ὑποδέξασθαι ἐσπούδασεν.

(f) Colb., καθ' ἃ πρυείρηκας.

(g) Reg., ἀποβαλλόμενος. Colb. idem habet cum unico λ.

(h) Uterque, ἐπιτεύξασθαι,

(i) Hæc vox non semper *militem gregarium* significat, sed aliquando *officialem*, alicujus præfecturæ dignitate insignem. Nonnulli volunt *stratiotas* speciatim appellatos aliquos, inter imperatoris custodes ; quod doctissimo Cangio non probatur.

(j) In duob. prioribus Carnot., *qua cæteris præeminent*. Consentit Val. Cl.

(k) Germ., Val. Cl., Longip., secundus Theod., Comp. et Prat., *munda susceptio in op.*

(l) Crucis signum a veteribus Christianis frequentissime usurpatum disce ex Tert., I. de Coron. mil., c. 3. De ejusdem vero efficacia in patrandis miraculis lege Petavium, tom. II, in Epiph., p. 57. Narrat Gregorius Naz., orat. 3 in Julianum, hunc apostatam summo in metu ac discrimine ad crucis signum confugisse, eoque dæmones fugasse.

(m) Big., *qui mox ut... dedit*, quod olim in primo Aud. lectum. In Val. Cl. legitur quoque, *dedit*, pro *edidit*.

Tunc idem miles equum suum, quem celerrimo miraculi imperio a sua vesania vidit immutatum, eidem sancto viro decrevit offerendum. Quem cum suscipere ille renueret, ipse vero in precibus, ne despiceretur ejus oblatio, perseveraret, sanctus vir mediam duarum partium viam tenens, et petitionem militis audivit, et munus recipere pro exhibita virtute recusavit; prius namque dignum pretium præbuit, et postea equum qui sibi offerebatur accepit. Quia enim si non susciperet, eum contristari conspexerat, charitate cogente emit quod necessarium non habebat.

A ἐπὶ τὴν τοῦ ἵππου κεφαλὴν τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ ποιήφας, πᾶσιν αὐτοῦ τὴν λύσσαν εἰς πραότητα μετέβαλεν· ὥστε πραότερον αὐτὸν μᾶλλον ἔκτοτε γενέσθαι ὑπὲρ τὸ πρότερον, πρὶν ἢ τὴν λύσσαν ἐκείνην σχῇ. Τότε ὁ στρατιώτης ἐκεῖνος τὸν ἑαυτοῦ ἵππον, ὅνπερ θαυμασίᾳ κελεύσει συντόμως ἐκ τῆς λύσσης ἰαθέντα ἐθεάσατο, τῷ ἁγίῳ τούτῳ ἀνδρὶ προσενέγκαι ἔκρινε. (c) Μὴ βουλομένου δὲ τὸν ἵππον τοῦ ἐπισκόπου δέξασθαι, αὐτὸς ἀπέμενεν ἱκετεύων μὴ παροικτρωθῆναι τὴν αὐτοῦ προσφοράν. Ὁ δὲ ἅγιος ἀνὴρ οὗτος, μέσην ὁδὸν κρατήσας, καὶ τὴν τοῦ στρατιώτου αἴτησιν ἐπλήρωσε, καὶ τὸ δῶρον δέξασθαι διὰ τὸ γενόμενον θαῦμα οὐκ ἠθέλησε. Πρότερον οὖν δικαίαν (d) τιμὴν δεδωκώς, τότε τὸν ἵππον τὸν προσενεχθέντα αὐτῷ ἐδέξατο. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτον λαβεῖν κατεδέξατο, πάνυ ὁ στρατιώτης θλιβῆναι ἤμελλεν. Τῆς οὖν ἀγάπης ἀναγκαζούσης, ἠγόρασεν, οὗπερ χρείαν οὐκ εἶχεν.

Neque hoc silere de hujus viri virtutibus debeo, quod ante dies fere duodecim agnovi. Quidam namque ad me deductus est senex pauper; atque ut mihi senum collocutio esse semper amabilis solet, studiose hunc unde esset inquisivi, qui se esse de Tudertina civitate respondit. Cui inquam: Quæso te, Pater, num Fortunatum episcopum nosti? Qui ait: Novi, et bene novi. Tunc ipse subjunxi: Dic, rogo, si qua illius miracula nosti, et desideranti mihi qualis vir fuerit innotesce. Qui ait: Homo ille longe fuit ab istis hominibus quos videmus modo. Nam quidquid ab omnipotenti Deo petiit, ita dum peteret impetravit. Cujus hoc unum narro miraculum, quod ad præsens animo occurrit. Quadam namque die Gothi juxta Tudertinam civitatem venerunt, qui ad partes Ravennæ properabant, et duos parvos puerulos de possessione abstulerant, quæ possessio præfatæ Tudertinæ civitati subjacebat. Hoc cum viro sanctissimo Fortunato nuntiatum fuisset, protinus misit, atque eosdem Gothos ad se evocari fecit. Quos blando sermone alloquens, eorum prius studuit asperitatem placare, ac post intulit, dicens: Quale vultis pretium dabo, et puerulos quos abstulistis reddite, mihique hoc gratiæ vestræ munus præbete. Tunc is qui prior eorum esse videbatur, respondit dicens: Quidquid aliud præcipis, facere parati sumus, nam istos puerulos nullatenus reddemus. Cui venerandus vir blande minatus est, dicens: Contristas me, (a) fili, et non audis Patrem tuum: noli me contristare, (b) ne non expediat tibi. Sed idem Gothus in cordis sui feritate permanens, negando discessit. Die vero altera digressurus, rursus ad episcopum venit, quem eisdem verbis pro prædictis puerulis iterum episcopus rogavit. Cumque ad reddendum nullo modo consentire voluisset, contristatus episcopus dixit: Scio quia tibi non expedit quod me contristato discedis. Quæ Gothus verba despexit, atque ad hospitium reversus,

B Οὐδὲ τοῦτο παρασιωπηθῆναι δίκαιον κρίνω ἐκ τῶν τοῦ ἁγίου τούτου ἀνδρὸς (e) δυνάμεων, ὅπερ πρὸ τῶν δώδεκα τούτων ἡμερῶν ἔγνων. Γέρων γάρ τις πτωχὸς ἦλθε πρός με. Ὡς δὲ προσφιλής μοι πάντοτε τῶν γερόντων ἡ συντυχία ὑπάρχει, νουνεχῶς τοῦτον πόθεν ἐστὶν ἠρξάμην ἐπερωτᾷν· ὅστις καὶ ἀπὸ τῆς πόλεως Τουδέρεως ἑαυτὸν εἶναι ἔφασκεν. Ἐγὼ δὲ προσθεὶς εἶπον· Λίτῶ σε, πάτερ, Φορτουνᾶτον τὸν ἐπίσκοπον γινώσκεις; Αὐτὸς δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε· Γινώσκω, καὶ πάνυ καλῶς αὐτὸν γινώσκω. Ἐγὼ οὖν πρὸς αὐτὸν ἔφην· Εἰπέ, δυσωπῶ, ἐάν τινα τῶν αὐτοῦ θαυμάτων γινώσκῃς, καὶ ἐπιθυμοῦντός μου (f) διηγῆσαι ὁποῖος ἀνὴρ ὑπῆρχε. Τότε ὁ γέρων ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Ὁ ἀνήρ ἐκεῖνος μακρὰν ὑπῆρχεν (g) ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τῆς γενεᾶς ταύτης ὧν νῦν θεωροῦμεν. Εἴτι γὰρ παρὰ τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ ᾐτεῖτο, (h) εὐθέως τοῦτο ἐλάμβανεν. Ἕν δὲ ἐκ τῶν αὐτοῦ θαυμάτων, ὅπερ μοι πρὸς τὸ παρὸν ἐν τῷ λογισμῷ ὑπεισῆλθε, (i) διηγήσεσθαι C πειράσομαι. Ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ πλησίον τῆς πόλεως Τουδέρεως, Γότθοι κατέλαβον, οἵτινες ἐπὶ τὰ μέρη Ῥαβέννης ἀνήρχοντο. Δύο οὖν παιδία σεμνὰ ἀπὸ κτήματος (j) ὑποκειμένου ἐπῆρασαν. Ὡς οὖν τοῦτο τῷ ἁγιωτάτῳ ἀνδρὶ Φορτουνάτῳ ἐμηνύθη, εὐθέως ἀπέστειλε, καὶ τοὺς αὐτοὺς Γότθους πρὸς ἑαυτὸν μεταστειλάμενος, ἤρξατο τούτους κολακευτικοῖς λόγοις προσφέρεσθαι, θέλων πρότερον τὴν τούτων καταπραῦναι τραχύτητα. Μετὰ δὲ τοῦτο περὶ τῶν παιδίων λόγον αὐτοῖς προήγαγε, λέγων· Οἷαν θέλετε τιμὴν δίδωμι, καὶ τοὺς παῖδας οὓς ἐπήρατε ἀπόδοτέ μοι; τοῦτο γὰρ ὑμῶν ποιούντων, μεγάλην μοι χάριν καταβάλλεσθε, καὶ ὡς (k) ὅτι δῶρόν μοι αὐτοὺς παρέχετε, χάριν ὑμῖν ὁμολογῶ. Τοῦτο δὲ ὁ πρῶτος αὐτῶν ἀκούσας ἀπεκρίθη, λέγων· Εἴτι ἡμῖν (l) κελεύσεις ἄλλο, ἕτοιμοί ἐσμεν ποιῆσαι ἐπεὶ τοὺς παῖδας τούτους οὐδαμῶς ἀποδοῦναι δυνάμεθα. D Πρὸς ὃν ὁ σεβάσμιος οὗτος ἀνὴρ μετὰ πρκότητος εἶπε. Θλίβεις με, τέκνον, ὅτι οὐκ ἀκούεις μου τοῦ πατρὸς σου. Μὴ θελήσῃς με θλίψαι, μή πως καὶ οὐ συμφέρῃ σοι. Ὁ οὖν αὐτὸς Γότθος ἐν τῇ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἀνημερότητι διαμένων, μὴ πεισθεὶς ἀνεχώρησεν. Ἐν ἄλλῃ δὲ ἡμέρᾳ

(a) Abest *fili* a German. Norm. et fere omnibus Mss. Legitur in Græca vers.

(b) Excusi, reluctantibus Mss., *nam non expedit tibi*.

(c) Ita restituimus ex Mss. Prius legebatur: μὴ βουλόμενος... ἐπίσκοπος.

(d) Reg., τιμὴν δέδωκε τῷ στρατίωτῃ καὶ τότε τὸν ἵππον.

(e) Reg., θαυμάτων.

(f) Reg., διήγησαι, cum accentu in antepenult., — et quidem melius: est enim secunda persona imperativi. Edit.

(g) Idem, ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης ἧς νῦν θεωροῦμεν.

(h) Colb., τοῦτο πάντοτε ἐλαμβανεν. Reg., τοῦτο πάντως ἐλάμοανεν. ὧν οὖν ἐκ τῶν τούτου θαυμάτων.

(i) Mss., διηγήσασθαι.

(j) Idem, ὑποκειμένου, τῆς αὐτῆς πόλεως τουδέρεως.

(k) Reg., ὡς δῶρόν μοι αὐτοὺς παρέχοντες χάριν ὁμολογῶ.

(l) Idem. κελεύεις, quod Latinum fidelius reddit.

τῆς πόλεως ἐξιρχόμενος, πάλιν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ἦλθε. Τοῖς δὲ αὐτοῖς λόγοις περὶ τῶν προλεχθέντων παιδίων, ἤρξατο αὖθις ὁ ἐπίσκοπος παρακαλεῖν. Μὴ πειθομένου δέ αὐτοῦ ταῦτα ἀποδοῦναι, (a) Θλίβεις με, ὁ ἐπίσκοπος εἶπε· πίστευσον ὅτι οἶδα οὐ συμφέρειν σοι, ὅτι θλιβόμενον καταλιμπάνων με ἀναχωρεῖς. Βδελυξάμενος δὲ ὁ Γότθος τὰ ῥήματα αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ ἄπληκτον αὐτοῦ ὑποστρέψας, τοὺς αὐτοὺς παῖδας περὶ ὧν ὁ ἐπίσκοπος παρεκάλει, τοῖς ἵπποις (b) ἐπιβιβάσαι **199** μετὰ τῶν ἀνθρώπων αὐτοῦ προέπεμψεν. Ὁμοίως δέ καὶ αὐτὸς ἐπιβὰς τῷ ἵππῳ κατόπισθεν αὐτῶν ἠκολούθει. Ἐν δὲ τῇ αὐτῇ πόλει ἔμπροσθεν τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου Πέτρου ἐλθών, τοῦ ἵππου αὐτοῦ ὁ ποὺς ὀλισθήσας, καὶ μετ' αὐτοῦ συμπεσών, τὸν (c) μηρὸν τοῦ αὐτοῦ Γότθου ἔκλασεν, ὥστε τὸ ὀστοῦν εἰς δύο μέρη γενέσθαι. Τοῦτον δὲ οἱ παρόντες, ταῖς χερσὶν ἄραντες, ἐν τῷ ἀπλήκτῳ αὐτοῦ ἀπήγαγον. Παραυτὰ οὖν μετὰ σπουδῆς πολλῆς, ἀποστείλας τοὺς παῖδας ἀνθυπέστρεψεν, οὕσπερ ἦν προπέμψας, περὶ ὧν ὁ ἐπίσκοπος παρεκάλει. Καὶ τῷ αὐτῷ σεβασμίῳ ἀνδρὶ Φορτουνάτῳ τῷ ἐπισκόπῳ ἐδήλωσε, λέγων· Παρακαλῶ σε, τίμιε πάτερ, ἀπόστειλον πρὸς με τὸν διάκονόν σου. Ἐλθόντος δὲ τοῦ διακόνου πρὸς αὐτὸν, τοὺς παῖδας οὓς παντάπασιν ἀποδοῦναι διανεβάλλετο, εἰς μέσον ἀγαγών, τούτους τῷ διακόνῳ ἀπέδωκε, λέγων· Ἄπελθε καὶ εἰπὲ τῷ κυρίῳ μου τῷ ἐπισκόπῳ. Ἰδοὺ δι' ὧν (d) κατηράσω με πεπληγμένος κεῖμαι. Ἀλλὰ τοὺς παῖδας οὕσπερ ἐζήτεις ἀπόλαβε, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ, δυσωπῶ, πρεσβείαν ποίησον, ὅπως διὰ τῆς ἁγίας σου εὐχῆς, ἰάσεως τύχω. Δεξάμενος δὲ τοὺς παῖδας παρ' αὐτοῦ ὁ διάκονος, πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ὑπέστρεψε. Καὶ ταῦτα αὐτῷ (e) ἀπαγγείλας, παρευθὺ ὁ εὐσεβὴς οὗτος ἀνὴρ Φορτουνᾶτος, εὐλογημένον ὕδωρ τούτῳ δεδωκὼς, ἀπέστειλεν αὐτὸν, λέγων· Ἄπελθε ἐν τάχει, καὶ τὸ ὕδωρ τοῦτο ἐπάνω τοῦ σώματος αὐτοῦ ῥᾶον. Τοῦ δὲ διακόνου ἀπελθόντος, καὶ πρὸς τὸν Γότθον εἰσελθόντος, τὸ εὐλογημένον ὕδωρ ἐπάνω τῶν μελῶν αὐτοῦ ἔῤῥανε· πρᾶγμα δὲ συνέβη θαυμαστὸν καὶ φρίκης ἄξιον· ἡνίκα γὰρ τὸ ὕδωρ τοῦ μηροῦ τοῦ Γότθου ἥψατο, πᾶσα ἡ συντριβὴ ἐκείνη ἐστερεώθη, καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ ὑγείᾳ ὁ μηρὸς αὐτοῦ ἀπεκατέστη· ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ ἐκ τοῦ κραββάτου ἀναστὰς, καὶ τῷ ἵππῳ αὐτοῦ ἐπιβὰς, (f) ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἤρξατο ἐπορεύθη, ὡς ὅτι (g) οὐδὲ μίαν βλάβη ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἦν ὑπομείνας. Γέγονε δὲ τοῦτο, ἵνα τοὺς παῖδας οὕσπερ μετὰ τιμήματος τῷ ἁγίῳ ἀνδρὶ Φορτουνάτῳ τῷ ἐπισκόπῳ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε, κολάσει ὑποκείμενος, δῶρον αὐτοὺς (h) ἀποστρέψῃ. Τῆς διηγήσεως δὲ ταύτης πληρωθείσης, ἤθελεν ἀκμὴν ὁ γέρων καὶ ἄλλα τινὰ περὶ αὐτοῦ μεῖ διηγήσασθαι. Ἀλλὰ διὰ τὸ πολλοὺς παρεῖναι τοὺς παρ' ἡμῶν νουθετεῖσθαι ὀφείλοντας, καὶ λοιπὸν σχολὴν ἄγειν μὴ δυνάμενος, λοιπὸν δὲ καὶ (i) τῆς ἡμέρας πρὸς ἑσπέραν ἤδη κλινούσης, πλεῖόν τι περὶ τῶν ἔργων τοῦ σεβασμίου ἀνδρὸς Φορτουνάτου ἀκοῦσαί με οὐκ (j) ηὐκαίρησεν. Ἅπερ εἰ ἐνδεκτὸν ὑπῆρχε, διηνεκῶς ἀκούειν ἤθελον.

Ἐν δὲ ἄλλῃ ἡμέρᾳ ὁ αὐτὸς γέρων πρᾶγμα περὶ αὐτοῦ μᾶλλον θαυμασιώτερον διηγήσατο, λέσων. Ἐν τῇ αὐτῇ τῆς Τουδέρεως πόλει, ἀνήρ τις Μάρκελλος (k) τοὔνομα σεμνῶς πολιτευόμενος, ἅμα δυσὶν αὐτοῦ ἀδελφαῖς κατοικῶν,

A eosdem pueros de quibus agebatur, equis superimpositos cum **200** suis hominibus præmisit. Ipse vero statim ascendens equum subsecutus est. Cumque in eadem civitate ante beati Petri apostoli ecclesiam venisset, (l) equo ejus pes lapsus est ; qui cum eo corruit, et ejus coxa mox fracta est, ita ut in duabus partibus os esset divisum. Tunc levatus in manibus, reductus est ad hospitium. Qui festinus misit, et pueros quos præmiserat reduxit, et viro venerabili Fortunato mandavit, dicens : Rogo te, Pater, mitte ad me diaconum tuum. Cujus diaconus dum ad jacentem venisset, pueros quos redditurum se episcopo omnino negaverat, ad medium deduxit, eosque diacono illius reddidit, dicens : Vade, et dic domino meo episcopo : Quia maledixisti mihi, ecce percussus sum ; sed pueros quos quæsisti, recipe, et pro me, rogo, intercede. Susceptos itaque puerulos diaconus ad episcopum reduxit, (m) cui benedictam aquam venerabilis Fortunatus statim dedit, dicens : Vade citius, et eam super jacentis corpus projice. Perrexit itaque diaconus, atque ad Gothum introgressus, benedictam aquam super membra illius aspersit. Res mira et vehementer stupenda ! mox ut aqua benedicta Gothi coxam contigit, ita omnis fractura solidata est, et saluti pristinæ coxa restituta, ut hora eadem de lecto surgeret, et ascenso equo ita cœptum iter ageret, ac si nullam umquam læsionem corporis pertulisset. Factumque est ut qui sancto viro Fortunato pueros cum pretio reddere obedientiæ subjectus noluit, eos sine pretio pœna subactus (n) daret. His igitur expletis studebat adhuc senex de eo et alia narrare. Sed quia nonnulli aderant ad quos exhortandos occupabar, jamque diei tardior hora incubuerat, venerabilis Fortunati facta diu mihi audire non licuit, quæ audire, si liceat, semper volo.

Sed die alia idem senex rem de illo magis adhuc mirabilem narravit, dicens : In eadem Tudertina urbe Marcellus quidam, bonæ actionis vir, cum duabus sororibus suis habitabat : qui eveniente molestia cor-

(a) Mss., ἀποδοῦναι. λυπηθεὶς ὁ ἐπίσκοπος εἶπε πίστευσον οἶδα οὐ συμφέρει σοι.
(b) Iidem. ἐπιβάσας μετὰ.
(c) Mss., Τὸ μήρον... ἐκλάσθη.
(d) Colb., κατηράσω μοι.
(e) Uterque Ms., ἀπέγγειλε παρευθὺ οὖν ὁ.
(f) Reg., ἐπορεύθη τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ὡς.
(g) Colb. una voce, οὐδεμίαν.
(h) Uterque, ὑποστρέψῃ.
(i) Reg., τὴν ἡμέραν... κλίνουσαν. Ita etiam Colb. hoc solo discrimine quod habet, ἐπικλίνουσαν.
(j) Mss., εὐκαίρησεν.
(k) Iidem., ὀνόματι.

(l) Ita Mss. Quod emendantes Editores mutaverunt in, *equi ejus*.
(m) Aquæ bened. usum, et ex usu miraculum, vide apud Epiphan., in hær. 30 Ebionit., n. 12, et apud Photium, cod. 96, ubi refertur Eucliæ cujusdam filium ab Chrysostomo aquæ bened. aspersione a morbo desperatissimo fuisse liberatum. Vide etiam Hist. Tripart. l. IX. ubi ex Theodorito refertur, Marcellum Apameæ episc. jussisse aquam bened. aspergi. *Quod dum fuisset factum, dæmon effugit, non ferens aquæ virtutem.*
Ἐν ἄλλῳ τοίνυν καιρῷ, ξένοι τινὲς πρὸς αὐτὸν ἐλεημοσύνην ζητοῦντες παρεγένοντο, ῥακώδη ἱμάτια ἠμφιασμένοι· ὥστε γυμνοὺς αὐτοὺς θεωρεῖσθαι. Τούτων δὲ ἱμάτια (*a*) παρ' αὐτοῦ αἰτουμένων, μυστικῶς αὐτῶν λαλούντων, ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἀκήκοεν, ὅστις ἕνα τῶν μαθητῶν αὐτοῦ (*b*) προσκαλεσάμενος, μυστικῶς ἐκέλευσεν αὐτῷ, λέγων. Ἄπελθε ἐν ἐκείνῃ τῇ ὕλῃ, εἰς τόνδε τὸν τόπον, καὶ εὑρήσεις δένδρον ὑπόκουφον, ἐν αὐτῷ ἐρεύνησον, καὶ ἅπερ εὑρήσεις ἱμάτια ἄγαγέ μοι. Ἀπελθὼν δὲ ὁ ἀδελφὸς καθὼς ἐπετράπη, καὶ ἐπιζητήσας. εὗρε τὸ δένδρον καὶ τὰ ἱμάτια. Ταῦτα δέ ἀγαγὼν, κατ' ἰδίαν τῷ διδασκάλῳ δέδωκεν. Ἅπερ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος δεξάμενος, τοῖς ξένοις, οἵτινες ὡς δῆθεν γυμνοὶ ἱμάτια ἠτοῦντο, ταῦτα δέδωκεν, εἰπὼν πρὸς αὐτούς· Ἐπειδὴ γυμνοὶ ὑπάρχετε, λάβετε ταῦτα καὶ ἐνδύσασθε. Θεασάμενοι οὖν αὐτὰ ἐκεῖνοι, καὶ ἐπιγνοῦντες. ὅτι ἅπερ ἐκρυψάν (*c*) εἰσι, μεγίστη ἐντροπὴ αὐτοὺς κατέσχεν. Ἐν ὅσῳ δὲ μετὰ δόλου ἱμάτια ἀλλότρια ἐζήτουν, καταισχυνόμενοι τὰ ἴδια ἀπέλαβον.

Ἐν ἄλλῳ πάλιν καιρῷ ταῖς τούτου εὐχαῖς ἑαυτόν τις παρατιθέμενος, δύο σπυρίδας ἄρτων πλήρεις αὐτῷ ἀπέστειλεν· ὁ δὲ αὐτὸς παῖς τὴν μίαν ἐξ αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ ἀπέκρυψε, τὴν δὲ ἑτέραν πρὸς τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ ἀπήγαγε· καὶ τὴν αἴτησιν τοῦ ἀποστείλαντος αὐτὸν ἀνήγγειλε, τοῦτον διὰ τῶν δώρων τῇ εὐχῇ αὐνοῦ παρατιθέμενος. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, ἱλαρῶς ταῦτα δεξάμενος, τὸν αὐτὸν παῖδα νουθετῶν, ἔφη· Χάριν ἔχω μὲν, ἀλλὰ βλέπε τὴν σπυρίδα ἣν ἐν τῇ ὁδῷ ἔθηκας, μὴ τολμήσῃς ἀφυῶς αὐτῇ ἐγγίσαι, εὐσυνέτως δὲ μᾶλλον, ἐπειδὴ ὄφις ἐν αὐτῇ εἰσῆλθε, καὶ ἐὰν ἀψυῶς ταύτην ἐπᾶραι θελήσῃς, μέλλεις ὑπὸ τοῦ ὄφεως δηχθῆναι. Τούτοις δὲ τοῖς λόγοις σφόδρα ὁ παῖς καταισχυνθεὶς, πάλιν ἠγαλλιάσατο, ὅτι τὸν θάνατον ἀπέφυγε. Κἂν γὰρ στυγνὸς πρὸς ὀλίγον ἐγένετο διὰ τὴν αἰσχύνην, πλὴν ὅμως σώτηριώδη βάσανον ταύτην ἐδέξατο. Ὑποστρέψας δὲ εἰς τὴν σπυρίδα, καθὼς ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος προεῖπεν, εὗρεν, ὅτι ὄφις ταύτην ἐπεκράτει. Οὗτος τοίνυν τῇ δυνάμει τῆς ἐγκρατείας, καὶ τῇ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος χάριτι καταλαμπόμενος, πάντα τὰ παρερχόμενα πράγματα καταλείψας, πάνυ καρτερικὸς ἐν τῇ εὐχῇ ὑπῆρχεν, ὡς τε μεγάλως ἐν τούτῳ διαπρέπειν αὐτόν. Ἔν δὲ ἐν αὐτῷ πρᾶγμα μεμπτέον νομιζόμενον εἶναι ἐθεωρεῖτο. Τοσαύτη γὰρ εὐφροσύνη συνεχῶς ἐν αὐτῷ ὑπῆρχεν, ὅτι εἰ μή τις αὐτὸν ἐγίνωσκε τοσαύταις δυνάμεσιν ἔμπλεον εἶναι, οὐδαμῶς περὶ αὐτοῦ ἐπίστευσεν.

ΠΕΤΡ. Τί τοῦτο εἶναι λέγομεν, αἰτῶ σε; Οἰκείᾳ προθέσει χαυνότερον τὸν τῆς εὐφροσύνης χαλινὸν ἐπῆρε, ἢ τοσαύταις δυνάμεσιν αὐξάνων, καὶ τῆς τούτου ψυχῆς ἐπιλαμπομένης, πρὸς τὴν παροῦσαν χαρὰν παρεσύρετο;

A Alio quoque tempore accesserunt ad eum peregrini quidam misericordiam postulantes, scissis vestibus, pannis obsiti, ita ut pene nudi viderentur. Cumque hunc vestimenta peterent, eorum verba vir Domini tacitus audivit; qui unum ex discipulis suis protinus silenter vocavit, eique præcepit, dicens : Vade, atque in illa silva in loco tali cavam arborem require ; et vestimenta quæ in ea inveneris defer. Cumque discipulus abiisset, arborem sicut fuerat jussum requisivit, vestimenta reperit, et latenter detulit magistro. Quæ vir Dei suscipiens, peregrinis nudis atque petentibus ostendit et præbuit, dicens : Venite, quia nudi estis, ecce tollite, et vestite vos. Hæc illi intuentes, recognoverunt quæ posuerant, magnoque pudore consternati sunt ; et qui fraudu- B lenter vestimenta quærebant aliena, confusi receperunt sua.

Alio quoque tempore quidam se ejus orationibus commendans, sportas duas plenas alimentis ei per puerum transmisit, quarum unam idem puer subripuit, atque in itinere abscondit : unam vero ad Dei hominem detulit, et petitionem illius qui se ei per xenium commendaverat enarravit. Quam vir Domini benigne suscipiens, eumdem puerum admonuit, dicens : Gratias agimus, sed vide, sportam quam in itinere posuisti ne incaute tangere præsumas, quia in eam serpens ingressus est. Esto ergo sollicitus, ne si tollere incaute volueris, a serpente feriaris. Quibus verbis puer valde confusus, exsultavit quidem quod mortem evaserit, sed tristis (*d*) ad modicum C factus est, quia quamvis salubrem pœnam, tamen pertulit verecundiam suam. Qui reversus ad sportam, caute ac sollicite attendit, sed eam jam, sicut vir Dei prædixerat, serpens tenebat. Hic itaque cum virtute abstinentiæ, contemptu rerum transeuntium, prophetiæ spiritu, orationis intentione esset incomparabiliter præditus, unum erat quod in eo reprehensibile esse videbatur, quod nonnunquam tanta ei lætitia inerat, ut illis tot virtutibus nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur.

Petr. Qaidnam, quæso te, hoc esse dicimus? D Sponte sibi lætitiæ frena laxabat, an tot virtutibus pollens, aliquando ad præsens gaudium etiam renitens ejus animus trahebatur?

rinus : Λασανίαι Γραικιστὶ αἱ πρασιαί. In Cob. Regio legitur, λασάνια, πρασιαι (forte πρασιαὶ) τὰ μὴ, etc. Quocunque modo locus hic legatur, discrepat Zacharias a Greg., et de oleribus intelligit quæ de spatiis incultis horti dixit sanctus Doctor. Sic explicari possunt verba Græca : *Oleribus fodiendo culturam qua indigebant adhibuerunt.*

(*a*) Ms., αὐτοῦ αἰτεῖν μελλόντων καὶ μυστηριῶς ἔτι λαλούντων.

(*b*) Ms., προσκαλεσέμενος, κρυφίως αὐτῷ ἐκελευσε, λέγων.

(*c*) Ms., εἰσι καὶ κατανοήσαντες μεγίστη... κατέλαβεν.

(*d*) Longip. et plurimi Norm., *admodum.*

Gregor. Magna est, Petre, omnipotentis Dei dispensatio, et plerumque contingit ut **208** quibus majora bona præstat, quædam minora non tribuat, ut semper eorum animus habeat unde se ipse reprehendat; quatenus dum appetunt perfecti esse, nec possunt, et laborant in hoc quod non acceperunt, nec tamen laborando prævalent, in his quæ accepta habent se minime extollant, sed discant quia ex semetipsis majora (*a*) bona non habent, qui in semetipsis vincere parva vitia atque extrema non possunt. Hinc est enim quod perducto Dominus ad terram repromissionis populo, cunctos fortes atque prævalentes adversarios ejus exstinguens, Philisthæos atque Chananæos diutius reservavit, ut, sicut scriptum est, in eis experiretur Israel (*Jud.* III, 4); quia nonnunquam, ut dictum est, eis etiam quibus magna dona tribuit, parva quædam reprehensibilia relinquit, ut semper habeant contra quod bellum gerant, et devictis magnis hostibus mentem non erigant, quando eos adhuc adversarii etiam minimi fatigant. Fit itaque ut miro modo una eademque mens et virtute polleat, et ex infirmitate lassescat, quatenus et (*b*) ex parte constructa sit, et ex parte se conspiciat esse destructam, ut per bonum quod quærit, et habere non valet, illud servet humiliter quod habet. Sed quid mirum quod hoc de homine dicimus, quando illa superna regio in civibus suis ex parte damna pertulit, et ex parte fortiter stetit, ut electi angelorum spiritus dum alios per superbiam cecidisse conspicerent, ipsi tanto robustius quanto humilius starent? illi ergo regioni sua etiam detrimenta profecerunt, quæ ad æternitatis statum ex parte suæ destructionis est solidius instructa. Sic ergo et in unaquaque anima agitur, ut in humilitatis custodiam aliquando ad lucra maxima ex minimo damno servetur.

ΓΡΗΓΟΡ. Μεγάλη, Πέτρε, ὑπάρχει τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ ἡ οἰκονομία. Ὅθεν πολλάκις συμβαίνει, ὅτι μεγάλα **207** ἀγαθά τισι παρέχουσα, παραχωρεῖ ἐν τούτοις καὶ μικρὰ ἐλαττώματα ὑπολείπεσθαι, ἵνα πάντοτε αὐτῶν ἡ ψυχὴ ἔχῃ ὅθεν ὀφείλει ἑαυτὴν ὑποπιέζειν· ἵνα ἐν ὅσῳ ὑπολαμβάνουσι τέλειοι εἶναι, καὶ εὑρίσκουσιν ἑαυτοὺς ἐν ἐλαττώμασιν ὄντας, κάμνωσι λοιπὸν ἐν τούτοις, οἷσπερ οὐκ ἔλαβον. Οὐδὲ γὰρ κοπιῶντες δι' ἐκείνων τῶν κατορθωμάτων, ὧνπερ λαβόντες ἔχουσι, δύνανται τῶν ἐλαττωμάτων κατισχύσαι, ἵνα μὴ ὑπεραίρωνται. Ἐκ τούτου οὖν ἐπιγινώσκουσιν, ὅτι οὐδὲ τὰς μεγίστας ἀρετὰς ἀφ' ἑαυτῶν ἔχουσιν, οἵτινες μικρὰ καὶ οὐδαμινὰ σφάλματα νικῆσαι οὐ δύνανται. Τοιοῦτόν τι γὰρ ἐστι καὶ τὸ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κείμενον, εἰσαγαγὼν γὰρ ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας τὸν λαὸν τοῦ Ἰσραὴλ ὁ κύριος, πάντας τοὺς ἐν δυνάμει καὶ ἰσχύϊ ἀντιδίκους αὐτῶν ἐξωλόθρευσεν. Ἐκ δὲ τῶν Φιλισταίων καὶ Χαναναίων τέως διεφύλαξεν, ἵνα, καθὼς γέγραπται, ἐν αὐτοῖς σωφρονισθῇ ὁ Ἰσραὴλ. Οὐ γὰρ πάντοτε, καθὼς ἐῤῥέθη αὐτοῖς περιεπάτουν. Καὶ διὰ τοῦτο οἷς μάγιστα δῶρα παρέσχεν, καὶ μικρά τινα ἐλαττώματα τούτοις κατέλιπεν· ἵνα πάντοτε ἔχωσι μεθ' ὧν (*d*) πόλεμον κροτήσωσιν, καὶ μεγίστων ἐχθρῶν παρ' αὐτῶν νικηθέντων, τῷ λογισμῷ μὴ ἐπαρθῶσιν, ὅταν αὐτοὺς ἀκμὴν οἱ ἀντίδικοι καὶ τοι μικροὶ ὄντες ἀνθιστάμενοι θλίβωσιν. Θαυμαστῷ δὲ τρόπῳ τοῦτο γίνεται, ὅπως ὁ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λογισμὸς, τῇ μὲν δυνάμει ἀναθάλλῃ, τῇ δὲ ἀσθενείᾳ ἀτονήσῃ. ὥττε ἐκ μέρους ᾠκοδομημένον ἑαυτὸν θεώμενος, ἐκ μέρους δὲ πάλιν καταπίπτοντα, διὰ τοῦ ἀγαθοῦ, οὗπερ ζητεῖ ἐπιτυγεῖν, καὶ οὐ δύναται ἐκεῖνο, ὅπερ ἔχει, ταπεινοφρόνως φυλάξαι. Τί δὲ θαυμαστὸν εἰ περὶ ἀνθρώπων ταῦτα λέγομεν; Ὅπου γε καὶ (*e*) οὐράνιος χῶρος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις μερικῶς ζημίαν (*f*) ὑπομείνας, οἱ λοιποὶ στερεωτέρως ἐστάθησαν. Τὰ γὰρ ἐκλεκτὰ τῶν ἀγγέλων τάγματα, ἐν ὅσῳ ἄλλους διὰ τῆς ὑπερηφανίας πεσόντας ἐθεάσαντο, αὐτοὶ τοσοῦτον ἰσχυρότεροι γεγόνασιν, ὅσον καὶ ταπεινοφρόνως ἵστανται. Ἐκείνης μὲν γὰρ τῆς πατριδος ἡ ζημία προέκοψεν εἰς αἰωνίαν ἴδρυσιν, καὶ διὰ τῆς μερικῆς καταλύσεως στερεῶς ἀνεκαινίσθη. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐν ταῖς τινων συμβαίνει ψυχαῖς, ἵνα ἐν τῇ φυλακῇ ταπεινοφροσύνης, εἰς κέρδη μέγιστα ἐκ μικρᾶς ζημίας καταντήσωσιν.

Petr. Placet quod dicis.

ΠΕΤΡ. Ἀρέσκει ὁ λέγεις.

CAPUT XV.

De Eutychio et Florentio servis Dei.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ.

Περὶ Εὐτυχίου καὶ Φλορεντίου, ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Νουρσίας.

Gregorius. Neque hoc sileam quod ex regione eadem venerabilis viri Sanctuli presbyteri narratione cognovi; de cujus verbis ipse non dubitas, quia ejus vitam fidemque minime ignoras.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ. Οὐδὲ τοῦτο παρασιωπῆσαι δίκαιον κρίνω ὅπερ παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου ἀνδρὸς Σαγκτούλου τοῦ πρεσβυτέρου διηγουμένου μεμάθηκα. Οὗτινος τῶν λόγων ἀλήθειαν οὐκ ἀγνοεῖς πάντως, οὐδὲ τῆς αὐτοῦ πίστεως τὴν πολιτείαν.

Eodem quoque tempore in Nursiæ provinciæ partibus duo viri in vita atque habitu sanctæ conversationis habitabant, quorum unus Eutychius, alter vero Florentius dicebatur. Sed idem Eutychius in spirituali zelo atque in fervore (*c*) virtutis excreverat, multorumque animas ad Deum perducere exhortando satagebat; Florentius vero simplicitati atque orationi deditam

Οὗτος τοίνυν διηγεῖτο, ὅτι ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Νουρσίας χώρας, δύο ἄνδρες ἐπὶ τῷ αὐτῷ ᾤκουν ἐν τῷ μοναχικῷ καὶ ἁγίῳ σχήματι σεμνῶς βιοῦντες. Ἐξ ὧν, ὁ μὲν εἷς Εὐτύχιος, ὁ δὲ ἕτερος Φλορέντιος ὠνομάζοντο. Ὁ οὖν Εὐτύχιος τῷ πνευματικῷ ζήλῳ καὶ δυνάμεως θερμότητι ὑπεραυξάνων, πολλῶν ψυχὰς τῷ Θεῷ προσενέγκαι διὰ παραινέσεως ἠγωνίζετο. Ὁ δὲ Φλορέντιος, τῇ ἀκακίᾳ καὶ

(*a*) Secundus Aud., *dona*.
(*b*) Bigot et Becc., *et ex parte constructam, et ex parte se conspiciat esse destructam*.
(*c*) Vulgati, *se exercuerat*, invitis Mss.
(*d*) Ms., πολέμῳ κρατήσωσι.

(*e*) Ms., οὐράνιος χορός. Vulgatorum lectio, quam retinemus, melius concinit Latino textui; *illa superna regio*.
(*f*) Ms., ὑπομείνας τοῖς λοιποῖς στερεωτέραν τὴν στάσιν ἀπειργάσατο, τὰ γάρ, etc

τῇ πρσευχῇ προσκαρτερῶν,τὴν παροῦσαν ζωὴν(a) διήνυσε. Οὐ μήκοθεν δὲ αὐτῶν μοναστήριον ἀνδρῶν ὑπῆρχεν, ὅπερ, τοῦ προεστῶτος αὐτῶν τελευτήσαντος,ἀπερίστατον ποιμαντικῆς ἐπιμελείας καὶ ἡγεμονίας κατελείφθη.Οἱ δὲ μοναχοὶ τοῦ αὐτοῦ μοναστηρίου,τὸν Εὐτύχιον γενέσθαι αὐτοῖς πατέρα καὶ προστάτην παρεκάλουν. Ὅστις ταῖς αὐτῶν δεήσεσιν ἐπικαμφθεῖς, τὴν τούτων ἡγεμονίαν καταδεξάμενος, ἐπὶ πολλοὺς χρόνους τὴν μονὴν ἐπολίμανεν, τῶν μαθητῶν τὰς ψυχὰς ἐν τῇ τῆς ἁγίας ἀναστροφῆς ἀσχολίᾳ εἰς τελειότητα ἄγων.Ἵνα δὲ μὴ τὸ εὐκτήριον, ἐν ᾧ τὸ πρότερον κατῴκει, μόνον ἀπομείνῃ, ἐκεῖ τὸν **210** εὐλαβέστατον ἄνδρα Φλορέντιον κατέλιπεν. Οὗτος τοίνυν μόνος αὐτόθι διάγων,ἔν τινι ἡμέρᾳ εἰς εὐχὴν ἑαυτὸν ὑπέστρωσε,(b) καὶ τοῦ παντοδυνάμον κυρίου ἐδέετο, ὅπως αὐτῷ βοήθειαν,οἵαν κελεύσει,δοῦναι καταξιώσῃ, πρὸς τὸ ἐκεῖσε αὐτὸν κατοικῆσαι· ὃς οὖν τὴν εὐχὴν ἐπλήρωσεν, ἐξελθὼν ἐκ τοῦ (c) εὐκτηρίου,ἔμπροσθεν τῶν θυρῶν ἄρκον ἑστῶσάν εὗρεν, ἐπὶ τῆς γῆς τὴν κεφαλὴν κεκλιμένην ἔχουσαν,μηδὲν θηριῶδες τοῖς κινήμασιν ἐπιδεικνυμένην,φανερῶς δὲ μᾶλλον δεικνύουσαν, ὅτι πρὸς δουλείαν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ ἐλήλυθεν. Ἐπιγνοὺς(d) δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος Φλορέντιος,ἅπερ ἐν τῷ ἑαυτοῦ κελλίῳ κατελείφθησαν πρόβατα, τέσσαρα ἢ πέντε τὸν ἀριθμὸν,μὴ ὄντος παντελῶς τοῦ(e) βόσκοντος ἢ τοῦ φυλάττοντος, τῇ ἄρκῳ παραδοὺς, ἐκέλευσεν αὐτῇ, λέγων· Ἄπελθε, καὶ ταῦτα τὰ πρόβατα εἰς βοσκὴν ἐξάγαγε,περὶ δὲ ἑκεην ὥραν ὑπόστρεψον. Ἤρξατο οὖν τοῦτο διαπαντὸς ποιεῖν, καὶ ἀνετέθη τῇ ἄρκῳ ἡ φροντὶς τοῦ ποιμαίνειν τὰ πρόβατα.Ἅπερ γὰρ τρώγειν ἦν(f)ἐθίσασα ταῦτα νῆστις ἔβοσκεν.Ὅτε δὲ νηστεῦσαι ὁ τοῦ Θευῦ ἄνθρωπος ἤθελε,τῇ ἐννάτῃ ὥρᾳ τῇ ἄρκῳ ἐκέλευσεν(g) ἅμα τῶν προβάτων ὑποστρέφειν.Ὅτε δὲ οὐκ ἠβούλετο, περὶ τὴν ἕκτην ὥραν, κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐπιτροπὴν ὑπέστρεφε, καὶ λοιπὸν ἐν πᾶσι, τῇ ἐπιταγῇ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ ἡ ἄρκος ἐπήκουεν.Καὶ οὔτε ἐν τῇ ἕκτῃ ἐπιτρεπομένη εἰς τὴν ἐννάτην ὑπέστρεφεν οὔτε ἐν τῇ ἐννάτῃ εἰς τὴν ἕκτην, ἀλλὰ καθὼς ἐπετρεπετο, οὕσως ὑπέστρεφεν. Ἐν ᾧ δὲ διαπαντὸς οὕτως ἐπράττετο, ἤρξατο ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις διὰ πλάτους ἡ φήμη τῆς τοῦ θαύματος τούτου δυνάμεως διατρέχειν. Ὁ δὲ ἀρχαῖος ἐχθρὸς, ὅθεν θεωρεῖ τοὺς ἀγαθοὺς εἰς δόξαν φημιζομένους, ἐκεῖθεν τοὺς διαστρόφους διὰ τοῦ φθόνου συναρπάζει εἰς κόλασιν. Τέσσαρες γὰρ ἄνδρες ἐκ τῶν μαθητῶν τοῦ μακαρίου Εὐτυχίου,σφόδρα τοῦτο φθονήσαντες, δι' ὧν διδάσκαλος αὐτῶν σημεῖα οὐκ ἐποίει, ἐκεῖνος δὲ ὁ μόνος παρ' αὐτοῦ κκταλειφθεὶς, ἐν τοσούτῳ θαύματι λαμπρὸς ἐφαίνετο, τὴν αὐτὴν ἄρκον ἐνεδρεύσαντες ἐφόνευσκν. Κατὰ δὲ τὴν ὥρκν ἐν ᾗ ἐπετράπη,μὴ ὑποστρέψκσα, ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος Φλορέντιος ἐν ὑποψίᾳ γέγονεν, ἕως δὲ τῆς ὥρας τῶν ἑσπερινῶν ἀναμείνας, θλίβεσθαι ἤρξατο, ὅτι ἡ ἄρκος,ἣν ἐκ πολλῆς ἀκακίας ἀδελφὴν ὀνομάζειν εἴωθεν,οὐχ ὑπέστρεφεν.Ἐν δέ ἄλλῃ ἡμέρᾳ εἰς τὸν ἀγρὸν ἐπορεύθη

A ducebat vitam. Non longe autem erat monasterium, quod rectoris sui morte erat destitutum, ex quo sibi monachi eumdem Eutychium præesse voluerunt. Qui eorum precibus acquiescens, multis annis monasterium rexit, discipulorumque animas in studio sanctæ conversationis exercuit. Ac ne oratorium in quo prius habitaverat solum remanere potuisset, illic **209** venerabilem virum Florentium reliquit. In quo dum solus habitaret, die quadam sese in orationem prostravit, atque ab omnipotenti Domino petiit ut ei illic ad habitandum aliquod solatium donare dignaretur. Qui mox ut implevit orationem, oratorium egressus, ante fores ursum reperit stantem. Qui dum ad terram (h) caput deprimeret, nihilque feritatis in suis motibus demonstraret, aperte dabat intelligi quod ad viri Dei obsequium venisset, quod vir quoque
B Domini protinus agnovit. Et quia in eadem cella quatuor vel quinque pecudes remanserant, quas omnino deerat qui pasceret et custodiret, eidem urso præcepit, dicens: Vade, atque oves has ad pastum ejice, ad (i) horam vero sextam revertere. Cœpit itaque hoc indesinenter agere. Injungebatur urso cura pastoralis, et quas manducare consueverat, pascebat oves bestia jejuna. Cum vir Domini jejunare voluisset, ad nonam horam præcipiebat urso cum ovibus reverti; cum vero noluisset, ad sextam. Atque ita in omnibus mandato viri Dei obtemperabat ursus, ut neque ad sextam jussus, rediret ad nonam, neque ad nonam jussus, rediret ad sextam. Cumque diu hoc ageretur, cœpit in loco eodem tantæ virtutis fama longe lateque crebrescere. Sed quia antiquus hostis unde bonos cernit
C (j) enitescere ad gloriam, inde perversos per invidiam rapit ad pœnam, quatuor viri ex discipulis venerabilis Eutychii vehementer invidentes quod eorum magister signa non faceret, et is qui solus ab eo relictus fuerat, tanto hoc miraculo clarus appareret, eumdem ursum insidiantes occiderunt. Cumque hora qua jussus fuerat non rediret, vir Dei Florentius suspectus est redditus, quem usque ad horam vesperi exspectans, affligi cœpit, quod is quem ex simplicitate multa fratrem vocare consueverat ursus minime reverteretur. Die vero altera perrexit ad agrum, ursum pariter ovesque quæsiturus, quem occisum reperit. Sed sollicite inquirens, citius a quibus fuerat occisus invenit. Tunc sese in lamentis dedit, Fratrum malitiam magis quam ursi mortem deplorans. Quem venerandus vir Eutychius ad se deductum consolari studuit; sed idem
D vir Domini, coram eo doloris magni stimulis accensus, imprecatus est, dicens; Spero (k) in omnipotenti Deo, quia in hac vita ante oculos omnium ex sua malitia vindictam recipiant qui nihil se lædentem ursum meum occiderunt. Cujus vocem protinus ultio divina

(a) Ms., διήνυειν.
(b) Ms., καὶ τῷ... θεῷ ἐδέετο ὅπως ἀὐτῷ... οἵαν κελεύει.
(c) Ms., μοναστηρίου.
(d) Ms., δὲ τοῦτο ὁ τοῦ θεοῦ.
(e) Ms., βόσκοντος ταῦτα ἢ..... παραδους αὐτὰ,ἐκελ.
(f) Ms., ἐθισθεῖσα.
(g) Ms., ἅμα τοῖς προβάτοις.
(h) Longip., *caput reclinaret.*
(i) Sexta hora meridies est; nona vero, tertia post meridiem.
(j) Bigot. et Bec., *pervenire.*
(k) Germ., *ab omnip. Deo*, Secundus Aud., *in omnip. Deum.*

secuta est. Nam quatuor monachi qui eumdem ursum occiderant statim elephantino morbo percussi sunt, ut membris putrescentibus interirent. Quod factum vir Dei Florentius vehementer expavit, seque ita fratribus maledixisse pertimuit. Omni enim vitæ suæ tempore flebat quia exauditus fuerat, se crudelem, se in eorum morte clamabat homicidam. Quod idcirco omnipotentem Dominum fecisse credimus, ne vir miræ simplicitatis, quantolibet dolore commotus, intorquere ultra præsumeret jaculum maledictionis.

A τὴν ἄρκον ἅμα καὶ τὰ πςόβατα ἐπιζητῆσαι, ταύτην δὲ πεφονευμένην εὗρεν. Ἐπιμελῶς δὲ ἐπιζητήσας, καὶ εὑρὼν παρὰ τίνων ἐφονεύθη, ἑαυτὸν εἰς θρῆνον δέδωκε, τῶν ἀδελφῶν μᾶλλον τὴν πονηρίαν, ἢ τῆς ἄρκου τὸν θάνατον κλαίων. Τοῦτον δὲ ὁ σσβάσμιος ἀνὴρ Εὐτύχιος πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπασάμενος παραμυθεῖσθαι ἤρξατο. Ὁ δὲ αὐτὸς τοῦ Θεοῦ δοῦλος Φλορέντιος ἐνώπιον αὐτοῦ μεγίστῳ πόνῳ συγκινηθεὶς, εὐχόμενος ἤρξατο λέγειν. Ἐλπίζω εἰς τὸν παντοδύναμον Θεὸν, ὅτι ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὴν κακίαν αὐτῶν τὴν ἀντάμειψιν ἀπολαμβάνουσιν, οἱ τὴν ἄρκον μου μηδὲν αὐτοὺς βλάψασαν φονεύσαντες. Τῇ δὲ τούτου φωνῇ παρσχρῆμᾶ ἡ θεϊκὴ ἐκδίκησις ἐπηκολούθησεν. Οἱ γὰρ τέσσαρες μοναχοὶ, οἱ τὴν ἄρκον φονεύσαντες, λέπρας νοσήματι περιέπεσον, ὥστε τῶν μελῶν αὐτῶν σαπέντων, οὕτως αὐτοὺς συνέβη τελευτήσαι. Τούτου δὲ (*b*) γενομένου, ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ Φλορέντιος σφόδρα ἐξέστη, φοβηθεὶς δι' ὧν τοὺς ἀδελφοὺς κατηράσατο. Ἐν ὅλῳ τοίνυν τῷ τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνῳ θρηνῶν οὐ διέλιπε, διὰ τὸ ὑπακουσθῆναι αὐτὸν (*c*) εἰς τὸν ἐκεῖνον ὠμότατον θάνατον, καὶ ἑαυτὸν φονευτὴν τούτων ἐκάλει. Τοῦτο δὲ τὸν παντοδύναμον Θεὸν ποιῆσαι πιστεύομεν, ἵνα μὴ τοῦ λοιποῦ ὁ θαυμάσιος καὶ ἄκακος οὗτος ἀνὴρ τολμήσῃ, ἐν οἵῳ δή ποτε πόνῳ συνταρασσόμενος, τὴν τῆς κατάρας βολίδα τινὶ ἐπιπέμψαι.

212 Petr. Nunquidnam valde grave esse credimus, si fortasse cuilibet (*a*) exagitanti iracundia maledicamus?

B **211** ΠΕΤΡ. Σφόδρα λοιπὸν βαρὺ εἶναι πιστεύομεν, ἐὰν πολλάκις ὑπό τινος τῷ θυμῷ σαλευθέντες, τοῦτον καταρασώμεθα;

Greg. De hoc peccato cur me percunctaris an grave sit, cum Paulus dicat: *Neque maledici regnum Dei possidebunt* (*I Cor.* VI, 10)? Pensa itaque quam gravis culpa est, quæ separat a regno vitæ.

ΓΡΗΓΟΡ. Περὶ τοῦ ἁμαρτήματος τούτου τί με ἐπερωτᾷς ἐὰν βαρὺ ὑπάρχῃ, ὁπόταν Παῦλος λέγῃ, ὅτι λοίδοροι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι; Κατανοήσον οὖν καὶ ἴδε, ὁποῖον βαρὺ ἁμάρτημα ὑπάρχει, ὅτι τὴν κληρονομίαν τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀποστερεῖ.

Petr. Quid si homo non fortasse ex malitia, sed ex linguæ incuria, maledictionis verbum jaculatur in proximum?

ΠΕΤΡ. Τί δὲ ἐὰν ἄνθρωπος οὐχὶ ἕνεκέν κακίας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀπειρίας τῆς γλώσσης λόγον κατάρας τῷ πλησίον ἐπιπέμπει;

Greg. Si apud districtum judicem, Petre, otiosus sermo reprehenditur, quanto magis et noxius? Pensa ergo quantum sit damnabilis qui a malitia non vacat, si et ille sermo pœnalis est, qui a bonitate utilitatis vacat.

ΓΡΗΓΟΡ. Ἐὰν ἐπὶ τοῦ φρικτοῦ δικαστοῦ, Πέτρε, ὁ ἀργὸς λόγος κατακρίνεται, πόσῳ μᾶλλον ὁ ὑπαίτιος; Κατανόησον οὖν πόσης ἐστὶν ἄξιος κατακρίσεως, ὅστις ἐκ τῆς κακίας οὐκ ἀργεῖ, ἀλλὰ καὶ λόγους βασανιστικοὺς προφέρων, ἐκ τῆς δεούσης ἀγαθωσύνης ἀργῶν.

C

Petr. Assentio.

ΠΕΤΡ. Συνιῶ.

Greg. Idem vir Dei egit aliud, quod sileri non debeat. Cum enim magna ejus opinio longe lateque crebresceret, quidam diaconus longe positus ad eum pergere studuit, ut ejus se orationibus commendaret. Qui ad ejus cellulam veniens, omnem locum per circuitum invenit innumeris serpentibus plenum. Cumque vehementer expavisset, clamavit, dicens: Serve Dei, ora. Erat autem tunc mira serenitas. Egressus vero Florentius, ad cœlum oculos et palmas tetendit, ut illam pestem, sicut sciret Dominus, auferret. Ad cujus vocem subito cœlum intonuit, atque idem tonitrus omnes illos, qui eumdem locum occupaverant, serpentes interemit. Quos cum vir Dei Florentius interemptos aspiceret, dixit: Ecce illos occidisti, Domine, quis eos hinc levat? Moxque ad ejus D vocem tantæ aves venerunt, quanti serpentes occisi fuerant: quæ asportantes singulos, et longius projicientes, locum habitationis illius mundum a serpentibus omnimodo reddiderunt.

ΓΡΗΓΟΡ. Ὁ αὐτὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ἕτερον πραγμα πεποίηκεν, ὅπερ σιωπηθῆναι οὐκ ἔστιν ἁρμόδιον· Ἐν γὰρ τῷ πανταχοῦ διαδοθῆναι τὴν περὶ αὐτοῦ φήμην, διάκονός τις ἐκ μήκους αὐτοῦ τὴν οἴκησιν ἔχων, ὥρισε πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν, καὶ ἑαυτὸν ταῖς ἐκείνου εὐχαῖς παραθέσθαι. Παραγενόμενος δὲ εὗρε πέριξ τοῦ κελλίου αὐτοῦ πάντα τόπον ἀμετρήτων ὄφεων γέμοντα. Ἔκστὰς δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἔκραξε, λέγων· Δοῦλε τοῦ Θεοῦ, εὖξαι. Ὑπῆρχε δὲ τότε κατὰ συγκυρίαν θαυμαστὴ εὐδία. Ἐξελθὼν δὲ ὁ Φλορέντιος τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς παλάμας εἰς οὐρανὸν διεπέτασεν, (*d*) ὅπως τὴν λύμην ἐκείνην, ὡς εἶδεν ὁ κύριος, παρεπάρῃ. Ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ δεήσει ἄφνης ὁ οὐρανὸς ἐβρόντησεν. Αὐτὴ δὲ ἡ βροντὴ πάντας τοὺς (*e*) ὄφεις τοὺς ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐπιλαβομένους ἐφόνευσεν. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος Φλορέντιος τούτους θανόντας ἐωρακὼς, εἶπεν· Ἰδοὺ, κύριε, τούτους ἐφόνευσας, τίς αὐτοὺς ἔνθεν ἐπάρῃ; Εὐθέως δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ φωνῇ, τοσαῦτα ὄρνεα ἦλθον, ὅσοι ὄφεις πεφονευμένοι ὑπῆρχον· οὓς καὶ βαστάσαντες μήκοθεν ἔῤῥιψαν, τὴν δὲ κατοίκησιν τοῦ τόπου ἐκείνου καθαρὰν παντάπασι πεποίηκε.

Petr. Quid virtutis, quid fuisse meriti dicimus,

ΠΕΤΡ. Πόσης δυνάμεως καὶ δικαιοσύνης ὑπάρχειν αὐ-

(*a*) Excusi, contradicentibus Mss., *exagitante iracundia*.
(*b*) Ms., γεγονότος.
(*c*) Ms., εἰς τὸν ἐκείνων.

(*d*) In Vulgatis, ὅπως τὸν λίμον ἐκεῖνον, manifesto errore.
(*e*) Ms., ὄφεις ἐκείνους τοὺς τὸν τόπον.

τὸν λεγομεν, ὅτι τῇ αἰτήσει αὐτοῦ, τοσοῦτον (a) γέγονεν πλησίον ὁ παντοδύναμος Θεός.

ΓΡΗΓΟΡ. Παρὰ τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ, τῷ μόνῳ, καθαρῷ καὶ ἀκάκῳ κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν, πολλὰ, Πέτρε, καὶ ἡ τῆς ἀνθρωπίνης καρδίας καθαρότης καὶ ἀκακία δύναται. Οἱ γὰρ αὐτοῦ θεράποντες, ἐκ τῶν γηΐνων πράξεων ὄντες κεχωρισμένοι, ἀργόν τι λέγειν οὐκ οἴδασιν· οὐδὲ γὰρ τὸν ἑαυτῶν νοῦν διὰ ῥημάτων σκορπισθῆναι, ἢ μολυνθῆναι συγχωροῦσιν. Ὅθεν λοιπὸν παρὰ τοῦ ἑαυτῶν ἀρχηγοῦ τὴν ὑπακοὴν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους εὑρίσκουσι, διὰ τὸ σπεύδειν κατὰ τὸ δυνατὸν αὐτοῖς ἐν τῇ καθαρότητι καὶ ἀκακίᾳ αὐτῷ ἐξομοιοῦσθαι. Ἡμεῖς δὲ ταῖς τοῦ λαοῦ ταραχαῖς μεμιγμένοι, ἐν τῷ συχνοτέρως ἀργοὺς λόγους· πολλάκις δὲ καὶ βλαβεροὺς λαλεῖν ἡμᾶς, τοσοῦτον τὸ στόμα ἡμῶν τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ μακρύνεται, ὅσον τῷ κόσμῳ τούτῳ πλησιάζει. Ὁλὺ τοίνυν ἐπὶ τὰ κάτω ἀπαγόμεθα, ἐν τῷ τῇ συντυχίᾳ εὐκόλως ἡμᾶς τοῖς κοσμικοῖς συγγίνεσθαι, Ὅπερ καλῶς καὶ ὁ Ἡσαΐας, μετὰ τὸ ἑωρακέναι αὐτὸν τὸν βασιλέα κύριον Σαβαὼθ, ἑαυτὸν (b) ἐταλάνισε, λέγων· Ὦ τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι, ὅτι ἀκάθαρτος ὢν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων· φανεροποίησας διατί ἀκάθαρτα χείλη ἔσχεν, ἐν τῷ προσθῆναι, Ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος ἐγὼ κατοικῶ. Τὴν μὲν οὖν ἀκαθαρσίαν τῶν ἑαυτοῦ χειλέων, ἣν ἔσχεν, ἤλγησε. Πόθεν δὲ ταύτην ἐπεσπάσατο, ἐδηλοποίησεν ἐν **314** τῷ μεμαρτυρηκέναι αὐτὸν ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος κατοικεῖν. Ἀμήχανον γὰρ ἐστιν ἐκ τῆς τῶν κοσμικῶν γλώσσης τὸν νοῦν μὴ ῥυπωθῆναι, ἐν ὅσῳ ἐν συντυχίαις τισὶν ὁλικῶς αὐτοῖς συγκαταβαίνομεν, κατ' ὀλίγον δὲ ἐθίσαντες αὐτοῖς συντυγχάνειν, συντυχίαν τὴν ἡμῖν οὐχ ἁρμόζουσαν, καὶ ἡδέως ταύτην κρατοῦντες, οὐκ ἔτι λοιπὸν οὐδὲ ἐπιστρέφειν ἐξ αὐτῆς ἡμᾶς θέλειν. Ἐκ συγκαταβάσεως δὲ ἐν τῇ ἀρχῇ ἐπὶ ταύτην ἐλθόντες, λοιπὸν τῷ ἔθει καὶ βιαίως ἡμῖν περιγίνεται. Ὅθεν καὶ συμβαίνει ἐκ τῶν ἀργῶν εἰς τὰ (c) βλαβερὰ, καὶ ἐκ τῶν ἐλαφρῶν εἰς τὰ βαρεῖα ῥήματα ἡμᾶς καταντῆσαι. Καὶ λοιπὸν τὸ στόμα ἡμῶν παρὰ τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ τοσοῦτον καρεισκούεται ἐν τῇ αἰτήσει, ὅσον ἐπὶ πλεῖου μολύνεται τῇ ματαίᾳ συντυχίᾳ, καθάπερ καὶ γέγραπται, ὅτι ὁ ἀποστρέφων τὸ οὖς αὐτοῦ τοῦ μὴ (d) ἀκοῦσαι, νόμον, ἡ εὐχὴ αὐτοῦ ἀπόβλητος ἔσται. Τί δῆτα θαυμαστὸν, ἐὰν αἰτοῦντές τι παρὰ κυρίου, βραδὺ ὑπακουόμεθα, οἵτινες ὑπ' αὐτοῦ (e) κελευόμεθα, ἢ βραδέως, ἢ παντελῶς αὐτοῦ οὐχ ὑπακούομεν; Οὐκ ἔστιν οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ὁ Φλορέντιος ἐν τῇ εὐχῇ αὐτοῦ τάχιον ὑπηκούσθη, ὅστις ἐν τάχει τῶν τοῦ κυρίου ὑπήκουσε προσταγμάτων.

quod ejus ori tantum factus est proximus omnipotens Deus?

Gregor. Apud omnipotentis Dei singularem munditiam atque ejus simplicem naturam multum, Petre, humani cordis munditia atque simplicitas valet. Hoc ipsum namque quod ejus famuli a terrenis actionibus segregati, otiosa loqui nesciunt, et mentem per verba spargere atque inquinare devitant, auctoris sui præ cæteris exauditionem impetrant. Cui in quantum est possibile, ipsa puritate ac simplicitate cogitationis, quasi ex quadam jam similitudine concordant. Nos autem turbis popularibus admisti, dum frequenter otiosa, nonnunquam vero (f) etiam graviter noxia loquimur, os nostrum omnipotenti Deo tanto longinquum fit, quanto huic mundo proximum. Multum quippe deorsum ducimur, dum locutione continua sæcularibus admiscemur. Quod bene Isaias postquam regem Dominum exercituum vidit, in semetipso reprehendit, et pœnituit, dicens: *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum* (*Isai.* VI, 5). Qui cur polluta labia haberet, (g) aperuit, cum subjunxit: *In medio populi polluta labia habentis ego habito* (*Ibid.*). Pollutionem namque labiorum habere se doluit; sed unde hanc contraxerit, indicavit, **315** cum in medio populi polluta labia habentis se habitare perhibuit. Valde enim difficile est ut lingua sæcularium mentem non inquinet quam tangit, quia dum plerumque eis ad quædam loquenda condescendimus, paulisper assueti, hanc ipsam locutionem quæ nobis indigna est etiam delectabiliter tenemus, ut ex ea jam redire non libeat, ad quam velut ex condescensione ducti venimus inviti. Sicque fit ut ob otiosis ad noxia, a levibus ad graviora verba veniamus; et os nostrum ab omnipotenti Domino tanto jam minus exaudiatur in prece, quanto amplius inquinatur stulta locutione, quia sicut scriptum est: *Qui avertit aurem suam ne audiat legem, oratio ejus erit exsecrabilis* (*Prov.* XXVIII, 9). Quid ergo mirum si postulantes tarde a Domino audimur, qui præcipientem Dominum aut tarde aut nullo modo audimus? Et quid mirum si Florentius in prece sua citius est auditus, qui in præceptis suis Dominum citius audivit.

Petr. Nihil est quod responderi valeat apertæ rationi.

Gregor. Eutychius vero, qui prædicti Florentii in via Domini socius fuerat, (h) magnus post mortem claruit in virtute signorum. Nam cum multa cives urbis illius de eo soleant narrare miracula, illud tamen est præcipuum, quod usque ad hæc Langobardorum tempora omnipotens Deus per vestimentum illius assidue dignabatur operari. Nam quoties pluvia deerat,

ΠΕΤΡ. Οὐδέν ἐστι λοιπὸν, ὅπερ ἀποκριθῆναι δύναμαι, ἀνεψγμένης λοιπὸν σαφῶς τῆς ἀπολογίας.

(a) Ms., γέγονε ταχὺς ὁ.
(b) Ms., ἐταλάνιζε.
(c) Ms., καὶ τὰ βλαβερὰ... εις τὰ βαρεά.
(d) Ms., μὴ εἰσακούειν.
(e) Ms., κελευόμενοι.
(f) In vulgatis, *etiam, quod est gravius, noxia.*
(g) Editi, *ostendit.* Compend., *apparuit.*

(h) In Excusis, *magis post mortem.* Cæterum plurimæ in Italia visuntur Ecclesiæ sub sancti Eutychii seu Eutycii nomine Deo consecratæ. Adi Bollandum, ad Maii diem 23. Sanctus Florentius vero inter patronos Ecclesiæ episcopalis Fullinii in Umbria, in qua jacuit, censetur.

et æstu nimio terram longa sicoitas exurebat,collecti in unum cives urbis illius,ejus tunicam levare atque in conspectu Domini cum precibus offerre consueverant.Cum qua,dum per agros pergerent exorantes, repente pluvia tribuebatur,quæ plene terram satiare potuisset.Ex qua re patuit, ejus anima quid virtutis intus,quid meriti haberet, cujus foris ostensa vestis iram Conditoris averteret.

CAPUT XVI.

De Martino monacho de monte Marsico.

Nuper quoque in parte Campaniæ vir valde venerabilis(*a*)Martinus nomine in monte Marsico solitariam vitam duxit,multisque annis in specu angustissimo inclusus fuit, quem multi ex nostris noverunt, ejusque actibus præsentes exstiterunt.De quo multa ipse et beatæ memoriæ (*b*) papa Pelagio decessore meo,et aliis religiosissimis viris narrantibus agnovi. Cujus hoc miraculum primum fuit,quod mox ut se in prædicti montis foramine contulit,ex petra eadem, quæ in semetipsa concava angustum specum fecerat, aquæ stilla prorupit, quæ Martino Dei famulo in usu quotidiano sufficeret, et nec plus adesset,nec necessitati deesset. Quia in re ostendit omnipotens Deus quantam sui famuli curam gereret,cui vetusto miraculo potum in solitudine ex petræ duritia ministraret (*Num.* xx) **216** Sed antiquus hostis humani generis ejus,(*c*) viribus invidens,hunc usitata arte pellere ex eo specu molitus est.Nam (*d*) amicam sibi bestiam, serpentem scilicet, ingressus, hunc ab eadem habitatione ejicere facto terrore conatus est. Cœpit etenim serpens in (*e*) speluncam venire solus cum solo, eoque orante se ante illum sternere, et cum cubante pariter cubare.Sed vir sanctus omnino imperterritus, ejus ori manum vel pedem extendebat, dicens : Si licentiam accepisti ut ferias,ego non prohibeo. Cumque hoc continue per triennium gereretur,die quadam antiquus hostis tanta hac ejus fortitudine victus infremuit, seque per devexum montis latus in præcipitium serpens dedit, omniaque arbusta loci illius flamma ex se exeunte concremavit. Qui in eo quod montis latus omne combussit, cogente omnipotente Deo,monstrare compulsus est,quantæ virtutis fuerat,(*f*) per quem victus abscedebat.Perpende, quæso, iste vir Domini in (*g*) quo mentis vertice stetit, qui cum serpente per triennium jacuit securus.

(*a*) Inter sanctos receptus est et relatus ad diem 24 Octob.

(*b*) Pelagio II, qui pontificatum adiit an. 579.

(*c*) Excusi, *ejus virtutibus*, contradicentibus omnibus Mss. nostris.

(*d*) Primus Carnot., *cum amica sibi bestia,serpente scil. ingressus.*

(*e*) Duo Gemet. et plerique Norm. cum secundo Carnot, *in spelunca inveniri solus.*

(*f*) Ex Mss. nonnulli, *a quo victus absc.*, alii,*qui victus abs.* Sic inter cæteros Germanensis. Idem habet interpres Gr.

(*g*) Editores mutarunt *mentis* in *montis*, contra Mss. saltem nostrorum fidem.

(*h*) Ms., εὐδόκει.

(*i*) Revolve quæ ad hanc vocem observavimus,supra, l. I, cap. 9, col. 190, nota λ (*nobis col.* 198 *not.* i).

(*j*) Ms., ἁγιωσύνης.

(*k*) Ms., προηγουμένου.

(*l*) Ms., ἀρχέκακος.

(*m*) Ms., ὅμοιος αὐτοῦ.

(*n*) Ms., παρετίθει.

(*o*) Ms., ἀναγκάζοντος.

Α θαυματουργεῖν(*h*) κατηξίου. Ἡνίκα γὰρ ἀβροχία ἐγίνετο καὶ ὑπὸ καύματος δι' ἐπιμήκους ξηρασίας ἡ γῆ ἐφρύγετο, συναγόμενοι οἱ τῆς αὐτῆς οὐλεως πολῖται, καὶ τὸ ἐκείνου(*i*)στιχάριον βαστάζοντες,καὶ τοῦτο ἐνώπιον κυρίου μετὰ δεήσεως προσάγοντες, διᾶ τῶν ἀγρῶν εὐχόμενοι διήρχοντο,ἀΐφνης ἡ βροχὴ ἐδίδοτο πλουσίως τὴν γῆν καταπιαίνουσα. Ἐξ οὗ πράγματος δείκνυται πόσης δυνάμεως καὶ (*j*)δικαιοσύνης ἡ τούτου ψυχὴ ἔνδον ὑπῆρχεν, οὕτινος τὸ ἔξω περιβόλαιον δεικνύμενον, τὸν θυμὸν τοῦ κτιστοῦ ἀπέστρεφεν.

ΚΕΦΑΛ. Ιϛ'.

Περὶ Μαρτίνου μοναχοῦ τοῦ ἐν τῷ ὄρει Μάρσης.

Ἐν τοῖς τῆς Καμπανίας μέρεσιν, ἐν τῷ ὄρει τῷ εἰς Μάρσην, ἀνήρ τις σφόδρα εὐλαβέστατος Μαρτῖνος τοὔνομα, μονήρη βίον διετέλεσεν, ὅστις ἐπὶ πολλοὺς χρόνους ἐν σπηλαίῳ στενωτάτῳ ἑαυτὸν κατέκλεισε. Τοῦτον δὲ πλεῖστοι καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων ἐγνώρισαν,καὶ τὰς αὐτοῦ πράξεις παρόντες κατώπτευσαν,περὶ οὗ κἀγὼ αὐτοὺς πολλὰ παρὰ τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ Ηελαγίου τοῦ(*k*) προηγησαμένου με, καὶ ἄλλων σπουδαίων ἀνδρῶν διηγουμένων μεμάθηκα.Τοῦτον οὖν πρῶτον θαῦμα περὶ αὐντῦ διηγοῦντο, οὕτω φάσκοντες, ὅτι ἡνίκα ἑαυτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ τοῦ προλεχθέντος ὄρους κατέκλεισεν, ἐκ τῆς πέτρας νοτὶς ὕδατος ἐξεδόθη, ὅση Μαρτίνῳ τῷ τοῦ Θεοῦ δούλῳ εἰς χρείαν καθημερινὴν διήρκει, οὔτε οὖν πλεῖον προσετίθετο,οὔτε ἐν ἀνάγῃ διελίμπανεν.Ἐν ᾧ πράγματι ὁ παντοδύναμος Θεὸς ἐπέδειξεν,πόσην μέριμναν περὶ τοῦ δούλου αὐτοῦ εἶχεν. Κατὰ γὰρ τὸ πάλαι θαῦμα τὸ ἐν τῇ ἐρήμῳ,καὶ τούτῳ πότον ἐκ τῆς τοῦ λίθου ξηρρτητός διηκόνησεν.Ὁ **215** δὲ (*l*) ἀρχαῖος ἐχθρὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ταῖς ἐκείνου φθονήσας δυνάμεσι, τῇ συνήθει αὐτοῦ τέχνῃ ἀποδιῶξαι τοῦτον ἐκ τοῦ σπηλαίου ἠγωνίζετο. Ὅθεν ἐπὶ φίλον αὐτοῦ θηρίον ὄφιν εἰσελθὼν,τοῦτον ἐκφοβεῖν ἐπειρᾶτο·νομίζων διὰ τοῦ φόβου, τῆς κατοικίας τοῦ σπηλαίου τοῦτον ἐκδιώκειν·Ἤρξατο οὖν ὁ ὄφις ἐν τῷ σπηλαίῳ εὑρίσκεσθαι μόνος πρὸς μόνον. Εὐχομένου δὲ τοῦ ἁγίου, ἔμπροσθεν αὐτοῦ ὁ ὄφις ἡπλοῦτο. Τούτου δὲ μετακύπτοντος,(*m*)ὁμοίως αὐτῷ πάλιν συνέκυπτε.Παντάπασιν οὖν ἀφόβως διαμένων ὁ ἅγιος οὗτος ἀνὴρ, τῷ ἐκείνου στόματι τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα,ἣ καὶ τὸν πόδα(*n*) παρετίθη, λέγων· Ἐὰν ἄδειαν ἔλαβες τοῦ βλάψαι με, ἐγὼ οὐ κωλύω.Ἐν ᾧ δὲ τοῦτο ἀδιαλείπτως μέχρι τριετίας ἐγίνετο, ἐν τινι ἡμέρᾳ ὁ ἀρχέκακος ἐχθρὸς ὑπὸ τῆς τοσαύτης αὐτοῦ ὑπομονῆς καὶ δυνάμεως νικηθεῖς ἔβρυξε, καὶ ἑαυτὸν ὁ ὄφις ὑπὸ σὸ ἐκλεῖπον μέρος τοῦ ὄρους κατὰ πλάγιον εἰς κρημνὸν δέδωκε. Πάντα δὲ τὰ τοῦ τόπου ἐκείνου δάση, καὶ ὅλον τὸ μέρος ἐκεῖνο τοῦ ὄρους τῇ φλογὶ τῇ ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευομένη διὰ τῆς καύσεως ἐμάρανε· τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ(*o*)ἀναγκάσαντος αὐτὸν ἐπιδεῖξαι πόσης ὑπῆρ-

χε δυνάμεως, ὅστις νικηθεὶς κατησχυμμένος ἀνεχώρησε.(a) Κατανόησον, αἰτῶ, ἐν ποίᾳ τοῦ νοὸς κορυφῇ ἔστη ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος οὗτος, ὅστις μετὰ ὄφεως τριετίαν ἀμερίμνως (b) συνοίκησεν,

ΠΕΤΡ. Τῇ ἀκαῇ καὶ μόνῃ δειλιῶ,

ΓΡΗΓΟΡ. Ὁ τῇ ζωῇ εὐλαβέστατος οὗτος ἀνὴρ, ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ, ἐν ᾧ ἑαυτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ κατέκλεισεν, ὥρισεν ὅπως τοῦ λοιποῦ γυναῖκα μὴ θεάσηται, οὐχ ὡς τὴν φύσιν βδελυσσόμενος, ἀλλὰ τῷ κινδύνῳ τοῦ πειρασμοῦ φοβούμενος περιπεσεῖν, τῷ ἐκ τοῦ θεωρουμένου κάλλους συμβαίνοντι. Γυνὴ δέ τις τοῦτο ἀκούσασα, (c)τεθαῤῥηκότως εἰς τὸ ὄρος ἀνῆλθε, καὶ εἰς τὸ αὐτοῦ σπηλαῖον ἀναιδῶς παρεγένετο. Οὗτος δὲ μικρὸν ἐκ μήκους ταύτην θεασάμενος ἐρχομένην, καὶ ἐκ τῶν ἱματίων ἐπιγνοὺς γυναῖκα αὐτὴν εἶναι, ἑαυτὸν εἰ εὐχὴν δέδωκε, καὶ ἐν τῇ γῇ τὴν ἑαυτοῦ ὄψιν ἐπεστήριξεν. Τοσοῦτον δὲ ἡπλωμένος ἐν τῇ εὐχῇ προσεκαρτέρησεν, ἕως οὐ τὸ ἀναιδὲς ἐκεῖνο γύναιον ἀτονῆσαν ἐκ τῆς θυρίδος τοῦ κελλίου αὐτοῦ ἀπέστη. Κατελθοῦσα οὖν ἐκ τοῦ ὄρους, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὴν ζωὴν ἐπλήρωσεν. Ἐκ τῆς δοθείσης οὖν ψήφου τῷ ταύτης θανάτῳ πᾶσι γνώριμος γέγονεν, ὅτι σφόδρα τῷ παντοδονάμῳ Θεῷ ἀπήρεσε, τοῦ ταύτην τῇ τόλμῃ τὸν ἑαυτοῦ δοῦλον λυπῆσαι.

Ἐν ἄλλῳ τοίνυν καιρῷ πολλῶν μετὰ σπουδῆς εὐχῆς χάριν πρὸς αὐτὸν συντρεχόντων, καὶ τῆς ὁδοῦ λίαν στενῆς ὑπαρχούσης, δι' ἧς πρὸς αὐτὸν ἀνήρχοντο· ἐν γὰρ τῇ τοῦ ὄρους πλαγίᾳ διακειμένῃ μέχρι τοῦ πληρώματος τῆς ἀναβάσεως, ἐν ᾧ τὸ αὐτοῦ κελλίον ὑπῆρχε, πάνυ δύσβατος ἦν· παιδίον οὖν σεμνόν ἀδεῶς πορευόμενον, ἐκ τοῦ ὕψους τοῦ ὄρους πεσὸν, μέχρι τῆς ὑποκειμένης τῷ ὄρει κοιλάδος κατηνέχθη. Ἡ δὲ αὐτὴ κοιλὰς ἐκ τοῦ ὕψους, τοῦ ὄρους, ὥσπερ εἰς βυθὸν κειμένη θεωρεῖται, Τοσούτῳ γὰρ ὕψει τὸ ὄρος ἐκεῖνο ὑπέρκειται, ὥστε τὰ ἐν τῇ κοιλάδι δένδρα, καὶ τοι παμμεγέθη ὑπάρχοντα, καθάπερ θάμνοι τοῖς ἐκ τοῦ ὕψους τοῦ ὄρους θεωροῦσι νομίζονται, Ἐν ταραχῇ τοίνυν γέγονασι πάντες οἱ ἐρχόμενοι, καὶ μετὰ σπουδῆς καὶ φροντίδος ἤρξαντο ζητεῖν, ποῦ τὸ σκήνωμα τοῦ πεσόντος παιδίου δυνηθῶσιν εὑρεῖν. Τίς (d) δὲ τοῦτον εἰ μὴ τεθνεῶτα εὑρεθῆναι προσεδόκα; ἢ τις ἀκέραιον τὸ σκήνωμα ἐν τῇ κοιλάδι φθάσαι ὑπενόει καὶ οὐχὶ διεσπαραγμένον ἐν τῇ τοσαύτῃ τῆς καταγωγῆς φορᾷ; Ἐπιζητήσαντες οὖν ἐν τῇ κοιλάδι τὸ παιδίον, εὗρον αὐτὸ οὐ μόνον ζῶν, ἀλλὰ καὶ ὑγιὲς πάνυ. Τότε πᾶσι κατάδηλον γέγονεν, ὅτι διὰ τῆς εὐχῆς τοῦ εὐλαβεστάτου Μαρτινου ἀβλαβὴς ὁ παῖς ἐκ τοῦ τοιούτου πτώματος διεφυλάχθη. Ἐν αὐτῷ **218** τοίνυν τῷ σπηλαίῳ χρημνὸς ἄνωθεν ὑπέρκειται, ἐν ᾧ ἀπόσπασμα λίθου ἐπάνω τῆς κέλλης Μαρτίνου κρεμάμενον ἐθεωρεῖτο, θάνατον αὐτῷ καθ' ἡμέραν καὶ πτῶσιν τῆς κέλλης ἀπειλοῦν. Μασκάτωρ δὲ ὁ ἀνεψιὸς Ἀρμενταρίου τοῦ Ἰλλουστρίου, μετὰ πλήθους γεωργῶν πρὸς αὐτὸν ἐλθὼν παρεκάλει, ἵνα ἐκ τοῦ σπηλαίου ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ἐξελθεῖν ἀξιώσῃ, ὅπως τὸν ἀποσπασθέντα ἐκ τοῦ κρημνοῦ λίθον, ἐὰν δυνηθῇ, ἐπάρῃ, καὶ λοιπὸν ἀμερίμνως ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος ἐν τῷ αὐτῷ σπηλαίῳ κατοικήσῃ. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος οὐδαμῶς αὐτῷ ἐν τούτῳ συνῆνεσε, πλὴν ὅμως ἐκέλευσεν, ἵνα ὅπερ δύναται ποιήσῃ. Αὐτὸς δὲ ἐν τῷ ἰδιάζοντι μέρει τοῦ κελλίου ἑαυτὸν ἐποίη-

A PETR. Auditu paveo.

GREGOR. Vir iste vitæ venerabilis, inclusionis suæ tempore primo, decreverat ut ultra mulierem non videret, non quia aspernabatur sexum, sed ex contemplata specie tentationis incurrere metuebat vitium. Quod quædam mulier audiens, audacter ascendit montem, atque ad ejus specum impudenter prorupit. At ille paulo longius intuens, et venientis ad se muliebria indumenta conspiciens, sese in orationem dedit, in terram faciem depressit, et eo usque prostratus jacuit, quo impudens mulier a fenestra cellulæ illius fatigata recederet. Quæ die eodem, mox ut de monte descendit, vitam finivit, ut ex mortis ejus sententia daretur intelligi quia valde omnipotenti Deo displicuit, quod ejus famulum ausu improbo contristavit.

Alio quoque tempore dum multi ad hunc religiosa devotione concurrerent, atque arcta esset semita quæ in devexo montis latere ad ejus cellulam properantes ducebat, puer parvulus, incaute gradiens, ex eodem monte cecidit, et usque ad vallem corruit, quæ, sub monte eodem sita, quasi in profundo conspicitur. In loco quippe eodem tanta mons ipse altitudine exorevit, ut arbusta ingentia, quæ ex eadem valle prodeunt, ex monte aspicientibus quasi (e)fruteta esse videantur Perturbati itaque sunt cuncti qui veniebant, summaque cura quæsitum est sicubi corpus elapsi pueri potuisset inveniri. Quis enim aliud nisi exstinctum crederet? quis vel corpus ad terram integrum pervenisse suspicaretur, (f) dum interpositis ubique scopulis in partes discerpi potuisset? Sed requisitus puer in valle inventus est non solum vivus, sed etiam incolumis. Tunc cunctis patenter innotuit quod ideo lædi non potuit, quia hunc in casu suo Martini oratio portavit. In specu vero illius **217** magna desuper rupes eminebat, quæ cum ex parte exigua monti videretur affixa, Martini cellæ prominens, casum suum quotidie, et illius interitum ruitura minabatur. Ad hanc (g) Mascator illustris viri Armentarii nepos, cum magna rusticorum multitudine veniens, precabatur ut vir Dei de specu eodem dignaretur exire, quatenus (h)ipse rituram rupem ex monte potuisset evellere, atque in specu suo Dei famulus jam securus habitaret. Cumque hoc vir Dei nequaquam acquiesceret, ei quod posset ut faceret præcepit, et ipse in cellæ suæ remotiori se parte contulit. Si tamen ingens moles rueret, dubium non erat quod simul et specum destrueret, et Martinum necaret. Itaque dum ea quæ venerat multitudo conaretur, si posset, sine periculo viri Dei, ingens illud, quod desuper incubuerat, sa-

(a) Editi, κατανόησον οὖν αὐτῶν.
(b) Ms., συνψκισεν.
(c) Ms., τεθαῤῥηκῦια εἰς τὸ.
(d) Ms., τίς δε τοῦτο εἰ μὴ τεθνηκὸς.
(e) Val. Cl. et Longip. habent *frutecta*.
(f) Primus Gemet., *dum impositis*.

(g) Excusi, *Mascator* (vel *Mascatus*) *illustris vir, Armentarii*, etc,
(h) Longip., *ipsi* (nimirum rustici)... *potuissent*, etc. Quæ sequuntur : *Dum ea quæ venerat multitudo conaretur*, etc., et : *motus ipsa quam conabantur evellere;* hæc, inquam, lectionem ms. Longipontani confirmant.

xum levare, cunctis videntibus, repente res valde admirabilis contigit,quia moles ipsa quam conabantur evellere, subito ab eisdem laborantibus evulsa, ne speluncæ Martini tectum tangeret,saltum dedit,et quasi servi Dei læsionem fugiens, longius cecidit. Quod ad jussum omnipotentis Dei angelico ministerio actum intelligit,qui divina providentia disponi omnia fideliter credit.(*a*) Hic cum primum se in eumdem montem contulit, necdum clauso specu habitans, (*b*) catena sibi ferrea pedem ligavit,eamque saxo ex parte altera affixit,ne ei ultra liceret progredi,quam catenæ ejusdem quantitas tendebatur.Quod vir vitæ venerabilis Benedictus audiens,cujus(*c*)superius memoriam feci,ei per discipulum suum mandare curavit: Si servus Dei es, non teneat te catena ferri,sed catena Christi. Ad quam vocem Martinus protinus eamdem compedem solvit, sed nunquam postmodum solutum tetendit pedem ultra locum quo ligatun hunc tendere consueverat, atque in tanto se spatio sine catena coercuit, in quanto et antea ligatus mansit. Qui dum se postmodum in ejusdem loci specu conclusisset, cœpit etiam discipulos habere,qui ab ejus specu seorsum habitantes, ad usum vitæ aquam de puteo haurire consueverant. Sed funis in quo ad hauriendum aquam situla dependebat crebro rumpebatur.Unde factum est ut eamdem catenam quam ex pede suo vir Domini solverat ejus discipuli peterent, eamque funi adjungerent, atque in illa situlam ligarent.Ex quo jam tempore contigit ut idem funis et quotidie tingeretur aqua,et nullo modo rumperetur. Quia enim catenam viri Dei funis ille contigit,ipse quoque ad (*d*) tolerandam aquam, ferri in se fortitudinem traxit.

σεν. Οὐκ ἦν δὲ διστάξαι, ὅτι ἐὰν τὸ μέγεθος ἐκείνου τοῦ λίθου πεπτώκοι, ὁμοῦ καὶ τὴν κέλλην συνέτριβε, καὶ τὸν Μαρτῖνον ἐφόνευεν. Ἐν ὅσῳ δὲ τὸ ἐλθὸν πλῆθος τοῦ λαοῦ ἠγωνίζετο, ἵνα, ἐὰν δύνανται ἄνευ κινδύνου τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ, τὸν ἄνωθεν ἐπικλίναντα παμμεγέθη λίθον ἐπάρωσι, πάντων θεωρούντων πρᾶγμα συνέβη σφόδρα θαυμαστόν. Τὸ γὰρ τοῦ λίθου ἀπόκλασμα, ὅπερ ἠγωνίζοντο ἀποσπᾶσαι, αἴφνης ἀπ' αὐτῶν τῶν καμνόντων ἀνασπασθὲν, ἵνα μὴ (*g*) τῷ κεράμῳ τῆς κέλλης Μαρτίνου ἐγγίσῃ, καὶ ὥσπερ τὴν βλάβην τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ ἀποφεῦγον, μήκοθεν ἔπεσεν. Ὅπερ διὰ τῆς τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ κελεύσεως ἀγγελικῇ ὑπηρεσίᾳ πραχθῆνσι πιστεύει πᾶς, ὅστις θείκῃ προνοίᾳ διοικεῖσθαι τὰ πάντα πιστῶς ἐλπίζει. Ὁ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ, ὅτε ἐν τῷ ὄρει ἑαυτὸν ἐκδέδωκεν, οὐ μέντοι κεκλεισμένῳ(*h*)τῷ κελλίῳ ἐν αὐτῷ κατοικῶν, ἀλύσει σιδηρᾷ τὸν ἑαυτοῦ πόδα ἔδησεν. Ἐκ δὲ τοῦ ἑτέρου μέρους ταύτην τῷ λιθῳ προσέπηξεν, ἵνα τοῦ λοιποῦ μὴ δυνηθῇ ἐξελθεῖν, εἰ μὴ ὅσον τὸ τῆς ἀλύσεως μέτρον ἐτάνυε. Τοῦτο δὲ ὁ τῇ ζωῇ εὐλαβέστατος ἀνὴρ Βενέδικτος, οὕτινος ἀνωτέρω μνείαν πεποίημαι, ἄκούσας, δι' οἰκείου αὐτοῦ μαθητοῦ δηλῶσαι αὐτῷ ἐφρόντισε· Ἐὰν (*i*) δοῦλος εἶ τοῦ Θεοῦ, μή σε κρατήσει ἄλυσις σιδηρᾶ, ἀλλ' ἡ τοῦ Χριστοῦ ἄλυσις· Πρὸς ταύτην δὲ τὴν φωνὴν παρευθὺ Μαρτῖνος τὴν τοῦ ποδὸς αὐτοῦ ἄλυσιν ἔλυσε, καὶ οὐδέποτε ἐν ὑστέρῳ τὸν πόδα λελυμένον ἐξέτεινεν ἔξω τοῦ τόπου, οὗ ἦν ἐθίσας δεδεμένον αὐτὸν τανύσαι· ἐν δὲ τοσούτῳ διαστήματι, ἄνευ ἀλύσεως αὐτὸν ἀπιέναι παρεχώρει, εἰς ὅσον καὶ πρότερον δεδεμένος ἀπίει. Ἐν ὑστέρῳ δὲ μετὰ τὸ ἑαυτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ ἐγκλεῖσαι, ἤρξατο λοιπὸν καὶ μαθητὰς δέχεσθαι. (*j*) Ἡραμέρος δὲ τοῦ σπλαίου αὐτοῦ οἰκνοῦντες εἰς τὴν ἑαυτῶν χρείαν ὕδωρ ἐκ τοῦ φρέατος ἤντλουν. Τὸ δὲ σχοινίον ἐνῷ ἡ (*k*) σίκλα ἐδέδετο δι' ἧς τὸ ὕδωρ ἤντλουν, συχνοτέρως ἐκόπτετο. Ὅθεν τὴν ὅλυσιν, ἥνπερ ἐκ τοῦ ποδὸς αὐτοῦ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ἔλυσεν, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ αἰτησάμενοι, ταύτην τῷ σχοινίῳ ἐν τῇ σίκλᾳ προσέδησαν. Ἔκτοτε δὲ καθ' ἡμέραν ἐν τῷ ὕδατι τὸ σχοινίον βρεχόμενον οὐδαμῶς τοῦ λοιποῦ ἐκόπη. Τὸ γὰρ σχοινίον ἐκεῖνο προσδεθὲν τῇ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ ἄλύσει, τὴν τοῦ σιδήρου δύναμιν εἰς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο.

Petr. Facta hæc placent, quia mira; et multum, quia recentia.

ΠΕΤΡ· Πάνυ τοῖς πᾶσιν ἀρέσκουσι ταῦτα τὰ θαύματα, πλειοτέρως δὲ διὰ τὸ προσφάτως αὐτὰ γεγονέναι.

220 CAPUT XVII.

De monacho ex monte Argentario, qui mortuum suscitavit.

219 ΚΕΦΑΛ· ΙΖ'.

Περὶ τοῦ ἐλθόντος μοναχοῦ ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Ἀργενταρίου, καὶ νεκρὸν ἐγείραντος.

Greg. Nostris modo temporibus quidam vir, Quadragesimus nomine,(*e*) Buxentinæ Ecclesiæ subdiaconus fuit qui ovium suarum gregem pascere in ejusdem Aureliæ partibus solebat.Cujus valde veracis viri narratione res mira innotuit, quæ secreto fuerat gesta. Is namque,ut prædiximus,dum gregis sui in Aurelia curam gereret,in diebus ejusdem vir fuit e monte,qui (*f*) Argentarius vocatur,venerabilis vitæ,qui habitum monachi,quem prætendebat spe-

ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ· Ἀρτίως ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων, Κουαδραγέσιμός τις ὀνόμα, ὑποδιάκονος τῆς (*l*) Βουξεντίας ἐκκλησίας ὑπάρχων, τὴν τῶν προβάτων αὐτοῦ ποίμνην ἐν τοῖς μέρεσιν Αὐρηλίας ἔθος εἶχεν τοῦ βόσκειν. Ὅστις πρᾶγμα θαύματος πλῆρες ἀνδρὶ τινι σφόδρα ἀληθεστάτῳ διηγήσατο, ὅπερ μυστικῶς ἦν πραχθέν. Καθὼς δὲ προεῖπον, οὗτος τὴν τῶν οἰκείων αὐτοῦ προβάτων ἐπιμέλειαν ἐν τοῖς μέρεσιν Αὐρηλίας ποιούμενος, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἀνήρ τις ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ λεγομένου

(*a*) Compend., *hic cum primus*. Uterque Theoder., *hic cum prius*.

(*b*) Primus Carnot.,*catenam sibi ferream ad pedem*.

(*c*) Nimirum toto libro secundo.

(*d*) Primus Carnot.,*ad tollendam aquam*.

(*e*) Ms. fere omnes *Baxentinæ*. Legendum tamen *Buxentinæ*. Apud Plinium leguntur Buxentini populi. Buxentum olim urbs episcopalis : nunc Castrum in Lucania vulgo *Pisciota*.Aliis tamen est *Polycastrum*. A *buxo*, cujus hic magna copia, nomen habuisse creditur.

(*f*) Mons in Tuscia inter portum Herculis et Telamonis excurrens in mare. Unde Rutilius :

Funditur in medias mons Argentarius undas.

Hinc *Aureliam* in Tuscia fuisse conjicimus.

(*g*) Ms., τοῖς κεράμοις.

(*h*) Ms·, τῷ σπηλαίῳ ἐν αὐτῷ κατοικῶν ἀλύσει.

(*i*) Ms., δοῦλος εἶ... μή σε κρατήσῃ ἄλυσις σιδηρᾶ.

(*j*) Ms., παραμέρως.

(*k*) Ms., σύτλα.

(*l*) Ms., Βουζεντίας... αὐτοῦ... μέρεσιν Ἀβρελίας; et sic infra.

'Αργενταρίου, τῷ μοναχικῷ σχήματι κεκοσμημένος, καὶ τῇ ζωῇ εὐλαβέστατος ὑπάρχων, ἐν τῇ τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν 'Αποστόλων ἐκκλησίᾳ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὄρους ἔρχετο, ἔθος ἔχων κατ' ἐνίαυτὸν τοῦτο ποιεῖν. 'Εν δὲ τῷ οἴκῳ τοῦ προλεχθέντος Κουαδραγεσίμου τοῦ ὑποδιακόνου πάντοτε ἐξενίζετο, καθὼς α αὐτὸς ὑποδιάκονος διηγήσατο, Καὶ τότε οὖν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ὑποδεχθεὶς ὁ ποῤῥηθεὶς μοναχὸς, ἔν τινι ἡμέρᾳ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀπήρχετο, πλησίον τοῦ οἴκου τοῦ ὑποδιακόνου ὑπάρχουσαν. Πτωχοτάτης δέ τινος γυναικὸς σύνεγγυς οἰκούσης ὁ ἀνὴρ ἐτελεύτησε, καὶ κατὰ τὸ ἔθος, τοῦτον λούσαντες, καὶ τοῖς ἱματίοις (a) ἐνταφιάσαντες, καὶ τῷ σαβάνῳ περιειλίσαντες, τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης, θάψαι αὐτὸν οὐκ ἠδυνήθησαν. Ἔγγιστα δὲ τοῦ σώματος τοῦ τεθνεῶτος ἡ χήρα γυνὴ παρακαθεσθεῖσα, ἐν μεγίστῳ κλαυθμῷ τὴν νύκτα διετέλεσε, ταῖς ὀδυνηραῖς φωναῖς καὶ τῷ θρήνῳ τὸν πόνον παραμυθουμένη. 'Εν δὲ τῷ ἐπιμόνως τοῦτο γίνεσθαι, καὶ τοῦ κλαίειν τῆς γυναικὸς οὐκ ἐνδιδούσης, ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ὁ ἐν τῷ οἴκῳ Κουαδραγεσίμου ὑποδεχθεὶς, κατανυγεὶς εἶπε πρὸς αὐτὸν· Συμπαθεῖ ἡ ψυχή μου τῷ πόνῳ τῆς γυναικὸς ταύτης, ἀλλὰ παρακαλῶ, ἀνάστα καὶ εὐξώμεθα. 'Επορεύθησαν οὖν ἀμφότεροι ἐν τῇ γειτνιαζούσῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὁμοθυμαδὸν ἑαυτοὺς εἰς εὐχὴν ἐπιδέδωκαν. 'Επιμόνως δὲ εὐξαμένων αὐτῶν, τέλος τῇ εὐχῇ ἐπιθεῖναι Κουαδραγέσιμον τὸν ὑποδιάκονον ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος ἠτήσατο. Τούτου δὲ γεγονότος, ἐκ τῆς εἰσόδου τοῦ θυσιαστηρίου κόνιν ἀνελόμενος, ἅμα τῷ αὐτῷ Κουαδραγεσίμῳ, πρὸς τὸ σῶμα τοῦ τεθνεῶτος παρεγένοντο, κἀκεῖσε δὲ ἑαυτὸν εἰς εὐχὴν δέδωκεν. Ὡς οὖν ἐπιμόνως ηὔξατο, οὐκέτι λοιπὸν ὡς τὸ πρότερον πεποίηκε διὰ τοῦ ὑποδιακόνου τέλος τῇ εὐχῇ (b) ἐπιτεθεῖναι, ἀλλ' αὐτὸς τὴν εὐλογίαν δέδωκε, καὶ εὐθὺς ἐκ τῆς εὐχῆς ἀνέστη. Διὰ δὲ τοῦ βαστάζειν αὐτὸν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ ὅνπερ ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου συνῆξε κονιορτὸν, τῇ εὐωνύμῳ τὸ σάβανον, ὅπερ τὸ πρόσωπον τοῦ νεκροῦ ἐκάλυπτε, παρεπῆρεν. Τοῦτο δὲ ἡ γυνὴ θεασαμένη, καταλέγειν αὐτῷ ἤρξατο, καὶ θαυμάζειν τί ἠθέλησε ποιῆσαι. Τοῦ δὲ σαβάνου ἐπαρθέντος, ἐκ τοῦ κονιορτοῦ, οὗπερ ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου συνῆξε, τὸ πρόσωπον τοῦ νεκροῦ ἐπιμόνως ἔτριψε. Τούτου δὲ γεγονότος, παραχρῆμα ὁ τεθνηκὼς τὴν ψυχὴν ἀπέλαβεν, τὸ σῶμα δὲ σαλεύσας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἠνέῳξε, καὶ ἑαυτὸν ἐγείρας (c) ἀνεκάθησεν. Ὡς ὅτι δὲ ἀπο ὕπνου βαρυτάτου ἦν ἐξυπνισθεὶς, τί περὶ αὐτὸν ἐγεγόνει, ἐθαύμαζε. Τοῦτο δὲ ἡ γυνὴ θεασαμένη, ὁ ἐκ τοῦ πολλοῦ πένθους κατάκοπος γενομένη, ἤρξατο ἀπὸ χαρᾶς πλειοτέρως κλαίειν, καὶ φωνὰς μείζονας ἀφιέναι, ἣν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ μετὰ πραύτητος διεκώλυσε, λέγων· Σιώπα, σιώπα, σιώπα. 'Εὰν **322** δέ τις ὑμᾶς ἐρωτήσῃ πῶς τοῦτο γέγονε, μηδὲν ἄλλο ἐρεῖτε, εἰ μή, ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν 'Ιησοῦς Χριστὸς τὸ ἔργον τοῦτο πεποίηκε. Τοῦτο δὲ αὐτοῦ (d) εἰπόντος, ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς ἐξῆλθε, καὶ Κουαδραγέσιμον δὲ τὸν ὑποδιάκονον εὐθέως κατέλιπε, καὶ ἐν τῷ τοπῳ ἐκείνῳ τοῦ λοιποῦ οὐκ ἐφάνη. Τὴν γὰρ πρόσκαιρον δόξαν φεύγων, ἐπραγματεύσατο, ἵνα παρ' οἷς ἐν τοσαύτῃ τῇ δυνάμει θαύματος ἐθεωρήθη, μηκέτι λοιπον ἐν ταύτῃ τῇ ζωῇ (e) θεαθῇ.

